Episcopus uti Sedis Apostolicæ delegatus quando jurisdictionem habeat in Ecclesijs parochialibus Regularium sæcularizatis, *ibid. num.* 12. *& seqq.*
Quatenus possit publicè denunciare excommunicatos Regulares exemptos, etiam Equites Hierosolymitanos, *tom.* 7. *consult.* 10. *num.* 1. *& seqq.*
Quando possit simul interesse cum Universitate in reddenda ratione ab administratoribus per eandem Universitatem deputatis, *tom.* 7. *conf.* 15 *num* 3. *& seqq.*
Et visitare omnia loca pia quomodocumque nuncupentur, quantumvis exempta, *ibid. num* 4.
Quid si in limine fundationis essent exempta, *ibid. nu.* 5. *& seq.*
Quando subintret Episcopus, *ibidem num.* 8.
Unde habeant Episcopi, quod visitare possint uti delegati, *ibid. num.* 9.
In quibus casibus possint visitare hospitalia, & confraternitates, *ibid. num.* 10.
Et administrationis rationem exigere, *ibid.*
Ac interesse redditionis rationis, *ibid num.* 11.
Sive loca sint publica, sive privata, *ibidem num.* 12.
Debet Confraternitatibus visitationem intimare, & exactionem rationum exequi, *ibidem num.* 13.
Quid si allegetur privilegium exemptionis, *ibid. num.* 14. *& seqq. & num.* 39. *&* 41.
Quidve de hospitalibus, quæ sunt sub immediata protectione Regum, *ibid. num* 20. *& seqq.*
Et ipsi à Superiore inhibitum fuerit, & procederent ad visitationem, *ibid. num.* 24.
Episcopus in exigenda ratione administrationis quod suffragium habeat, *ibid. num.* 38.
Executio adversus administratores condemnatos sive soli Ordinario reddita fuerit ratio, sive una cum alijs deputatis, ad ipsum Ordinarium spectat, *ibid num.* 40.
Si Episcopo hospitale visitare volenti opponatur exceptio, quod sub immediata Regū protectione existat, nō ad sæcularem Judicem, sed ad ipsum Episcopum talis exceptionis cognitio, ac definitio pertinet, *ibid. n.* 41.
An & quando cogere possit administratores hospitalium diœcesis ad exportandum libros rationum ad Civitatem in Episcopatu, ut rationem reddant, *ibid. num.* 43.
Episcopus potest ex officio inquirere super irregularitate cognoscenda, *tom.* 7. *conf.* 19 *num.* 11.
Quando cogi possit ad promovendum aliquem ad Ordines, & ab ejus arbitrio appellari liceat, *ibid. num.* 13.
Quatenus possit jurisdictionem suam vindicare in Clericum non habentem qualitates Concilij Tridentini quoad privilegium fori, *tom.* 7 *conf.* 31. *num.* 33.
An & quatenus possit suis subditis licentiam concedere deferendi arma edicto Principis sæcularis prohibita, *tom.* 7. *tota conf.* 32.
Habet merum imperium in sua diœcesi, *ibid num.* 10.
Quatenus implorare debeat auxilium brachij sæcularis, *ibid. num.* 19.
Qua pœna Episcopus committens stuprum cum Sanctimoniali puniendus sit, *tom.* 7. *conf* 38. *num.* 1. *& seq.*
Poterit deponi, *ibid. num.* 3. *&* 4.
Quid si non fuerit convictus, neque confessus, *ibid. n.* 5.

Et

Et noluerit renunciare Episcopatui, *ibid. n.6.*
Quid requiritur, ut deponi possit, *ibid.n.7 & seq.*
Exempla Episcoporum, qui aut renunciarunt Episcopatui, aut fuerunt depositi, *ibid num.9.*
Quando Episcopus celebrat pro defunctis, licet pontificaliter, non potest uti omnibus insignibus pontificalibus, *tom 7.consult.44.n 10.*
Possunt Episcopi Abbates, aliosque Regulares usurpantes jura Episcopalia non solum declarare incursos in censuras, sed censuris punire, *ibid num.35.ac seqq.*
Quando dicantur cognoscere de delictis exemptorum, *ibid.n.41. & seqq.*
An & quatenus possit Episcopus celebrare pontificaliter, vel celebrari facere in Ecclesijs Regularium, aliisve exemptis, sive eo præsente, sive absente, *tom. 7. consult. 45.à num.1. & seqq.*
Quatenus possit cathedram collocare in loco exempto, *ibid. num.1.*
Et in quibus Ecclesijs baldachinum erigere, *ibid.num.7.*
Quomodo celebrari facere possit in omnibus Ecclesijs, etiam exemptis in sua præsentia, *ibid.n.10. & seqq.*
Etiam per alium Episcopum, *ibid. num.18.*
Quid si adesset assidua consuetudo, *ibid. num.11.*
Insignia Episcopalia, *ibid. num. 6.*
Quatenus dicantur exercere pontificalia, *ibid.*
In Ecclesijs Regularium, aliorumque exemptorum quomodo celebrare possint, *ibid.num.17. & seqq.*
Et cum ornamentis pontificalibus, *ibid.*
Quatenus ipsi, & Canonici, Regularibus invitis possint in eorum Ecclesijs cantare Missam, *ibid.num.21.*
Pœnis, ac censuris illos coercere, *ibid.*
Episcopus assistens cum cappa vesperis solemnibus, & officium faciens in choro quomodo alijs præcedat, quantumvis dignioribus, *tom. 7.cons. 46.num.5.*
In processionibus an & quatenus, & quo in loco sellam gestatoriam deferre possit, *tom. 5.consult.47. à num.1.*
Facultates quibusdam Episcopis concessæ in aliquibus regionibus, *tom.7. cons.53 à num.1.*
Ad eas dubia, eorumque solutiones, *ibid. à num 1.*
Et pro quo foro, *ibid. num. 3.*
An Episcopus, qui abest à civitate, ac residet in diœcesi, debeat in illa constituere, vel relinquere Vicarium generalem, ac tribunal Episcopale, *tom.7. consult.64. à num.1.*
In quocumque loco suæ diœcesis non exempto potest tribunal erigere, ac jus dicere, *ibid n 2.& 7.ac 11.*
Quid si diœcesis sit ampla, *ibid num 3.*
Vel sint duæ diœceses, *ibid num.4.*
Quatenus teneatur constituere Vicarium, *ibid. num.6.*
An possit perpetuo, vel ad longum tempus transferre cathedram è sua Ecclesia principali ad aliam suæ diœcesis, *ibid.num.10.*
Non potest, relicta Cathedra, residere in diœcesi, *ibid. num.11.*
Quatenus possit tribunal erigere in quocumque loco suæ diœcesis, *ibid.*
Quibus temporibus teneatur residere in Ecclesia Cathedrali, *ibid num.12.& seq.& num.15.ac seqq.*
Ubi residere teneatur, *ibid. à num.16. & 20.*
Ejus jurisdictio in omnibus causis criminalibus contra Regulares degentes extra claustra, *tom. 7. consult. 68.num. 1.*
Quomodo sit in electione Episcopi, vel immediatè privare beneficio ob non residentiam, vel præmittere alias pœnas, *tom.7. consult.75.num 2 & seqq.*
Episcopus est communis parochus suæ diœcesis, *tom. 7. consult. 89. num 1.*
Quatenus teneatur providere de sufficienti patrimonio ordinatum sine patrimonio, *ibid. num 3.*
An & quatenus liceat Episcopo suam Cancellariam vendere, vel locare sub annuo censu, *tom. 8. consult. 11. num. 4. & sepq.*
Non licet Episcopis, neque eorum Vicariis aliquid accipere nomine viatici, *ibid.*
An & quatenus habeant jurisdictionem civilem, *tom. 8. consult. 17. num.14.*
Et disponant circa temporalia, *ibid.*
Pro inobedientia erga Archiepiscopum suum Metropolitanum quid cum Episcopo agendum, *tom. 8. consult. 22. num. 4.*
An & quatenus ei liceat supprimere beneficia, Canonicatus, dignitates, *tom. 8. consult.30. à num. 1.*
An possit Episcopus visitans tamquam suspectus recusari, *tom. 8. consult. 61. num. 9.*
Ejus potestas in cellis monialium, *tom. 8. consult. 66. num. 10.*
Habet pro tribunali totam diœcesim, *tom. 8. consult.79. num. 2. & seqq.*
Quatenus possit ad suam Curiam trahere capitulares, *ibid.*
Quatenus possit publicare edictum contra incantatores superstitiosos, *tom. 8. consult. 87. num.7.*
De ejus indulgentijs, *ibid.*
Episcoporum munus in procuranda salute infidelium, *tom. 8. consultat.109. num. 16.*
Potest Episcopus prohibere turpes comœdias, & ludos lascivos, *tom. 8. consult 153.num.162. ac seqq.*
Episcopus, vel magister non debet ex causa odij Clericum, vel discipulum ab Ecclesia ejicere, *tom. 9.cons. 2. num.17.*
Judicat in Ecclesia, *ibid. num.9.* Vel in Palatio suo, *ibid.* Damnat quandoque ad verbera, *ibid.*
An possit extrahere ab Ecclesia Clericos ad eàm confugientes, *ibid. à num. 15.*
Tenetur omnes ad Ecclesiam confugientès, præcipuè Clericos, defendere, *ibid. num. 21.*
Episcoporum facultas quoad Constitutionem Gregorij XIV. de immunit. Eccles. *consult. 5. num. 2.*
Habet intentionem fundatam in jure, quod Ecclesiæ, & Capellæ existentes in sua diœcesi, sint subjectæ suæ jurisdictioni, *tom.9. cons.15.num.1.*
Jus illas visitandi spectat ad Episcopum, *ibid.*
An, & quatenus possint Episcopi à fidelium communione disjungere Reges, si ipsorum ij perturbent jurisdictionem, *tom 9. cons 16. num. 20.*
Potest Episcopus reum confugientem ad Ecclesiam tradere Curiæ seculari, & quomodo, *tom.9.cons.17. n.11.*
Quæ probatio criminis requiratur, ut Episcopus possit extrahere reum ab Ecclesia, *tom. 9. cons.22. num. 25. & seqq.*
An apothecæ unitæ palatio conjuncto Ecclesiæ Cathedrali, locatæ laicis, gaudere debeant immunitate, *tom. 9. cons.19. nu. 11.*
Episcopus suspectus in judicando, non est suspectus in delegando, *tom. 9. cons. 24. num. 2,*
Episcopo recusato dandus est adjunctus, *ibid.*
Suspicionis allegatio debet Episcopo innotescere, *ib.n.3.*
Etsi recusatus, quid poterit agere, *ibid.*
Quomodo vindicare possit Episcopus Clericum à Curia sæculari, *tom.9. cons.27, num.12. & seqq.*
Quomodo etiam Clericos corrigere, *ibid.*
Severitatem quandoq; Episcopus adhibere debet, *ib.n.13*
Quæ partes Episcopi circa peccata Clericorum, *ibid. num. seqq.*
An Episcopus pro re temporali Ecclesiæ suæ, sita in dodominio Principis non recognoscentis Superiorem, & habentis privilegium, ut vivat legibus suis, adire possit Summum Pontificem, *tom.9. consult. 31. à numer. 4.*
Et an feuda impropria sint dicti Episcopi, eorumquè collatio ad ipsum pertineat, an verò ad dictum Principem, *ibidem à num.20.*
Ne volens quidem, potest se subjicere jurisdictioni Principis sæcularis, *ibid. num.9.*
Casus in quo Episcopus in diœcesi sua nequit aliquid agere sine consensu Cleri, *tom.9. cons.41. num. 12.*
Quatenus Episcopus nequeat exercere suam jurisdictionem in exemptos, *tom 9.cons.51.num.8.*

Potest Episcopus ob læsam suam jurisdictionem, ac majestatem in materia immunitatis Ecclesiasticæ procedere, etiam per interdictum Ecclesiæ contra exemptos, *ibid. num.* 12. *ac seqq. & num.* 15.
Episcopi an teneantur ad collectam impositam pro reparatione aggeris fluminis publici, *tom.* 9. *cons.* 53. *num.* 4. *& seq.*
Eoque magis si ex immemorabili libertatem præscripserint, *ibid. num.* 4.
Ad hunc effectum quinam titulus sufficiat. *ibid.*
De afficiente varijs injurijs Episcopum, *tom.* 9. *consult.* 56. *à num* 1.
Quid si Episcopus esset minister regius, & injurius officialis regius, *ibid. num.* 7. *& seqq.*
Episcopi decora, *ibid. num.* 2.
Quid si Episcopus dederit causam injurijs, *ibid. num.* 3.
Et consideratus fuit tamquam minister regius, *ibidem num.* 4. *& seqq.*
Quibus ex causis honorandus, *ibidem num.* 5
Afficiens Episcopum injuria, quid ante absolutionem à censuris agere debeat, *ibid. num.* 7.
Episcoporum electio apud quos olim fuerit, *tom.* 9. *consult.* 67. *num.* 1. *ac seqq.*
An Episcopus exequi possit Bullas commissas suo Vicario, *tom.* 9. *consult.* 77. *num.* 66.
Num possit Episcopus, & an contra Tridentinum committat, cum ex causa, vel occultò extrajudicialiter alicui, ne Missam celebret, interdicit, monitorium facere, & in illo pœnam excommunicationis inferere, quæ omninò scripturam requirere videntur, *ibidem num.* 13.
An, & quatenus possit Episcopus cogere Clericos sibi subditos ad ordines Sacros suscipiendum, *ibidem num.* 14. *& seqq.*
Et quid in Ecclesijs, in quibus Episcopus tenetur procedere cum adjunctis, *ibidem num.* 20. *ac seqq.*
Quid si appareat aliquod impedimentum, propter quod promoveri nequeat, *ibid. num.* 23.
Quidve si Episcopus vellet cogere Clericos ad ordines suo beneficio, vel dignitati non annexos, *ibid. num.* 27. *& seqq.*
Episcopus potest statuere præter jus, non autem contra jus, *tom.* 9 *consult.* 111. *num.* 7. *&* 8.
Circa celebrationem Missarum quid possit Episcopus statuere, *ibid. num.* 14.
Episcopus cum duobus de Capitulo, quæ providere debeat circa ea, quæ spectant ad regimen debitum in Officijs divinis, *tom.* 9. *consult.* 114. *num.* 51.
Episcoporum munus quoad confraternitates, *tom.* 9. *consult.* 128. *num* 3. *& seqq.*
Episcopus quomodo causas suorum subditorum audire possit, ac sententiam formare, *tom.* 9. *cons.* 129. *num.* 11.
Qui honor ubique Episcopo debeatur, *ibid. n* 26. *& seq.*
Ejus potestas in processionibus, *ibid. num.* 27.
Ejus item prima Sedes in Ecclesia, *ibid. num.* 28.
In quem locum convocare debeat capitulum, & quando, ac in eo quæ agere possit, *ibid. num.* 30.
Quid, eo absente, *ibid. num.* 31. *& num. seqq.*
Quatenus non teneatur Episcopus stare juramento de servandis statutis Canonicorum, *ibid. num.* 36.
Episcopus duarum Cathedralium unitarum in quanam pro majori parte anni residere teneatur *tom.* 9. *consult.* 135. *num.* 1. *&* 2.
Et in casu absentiæ ab altera Cathedrali teneatur in illa deputare Vicarium generalem, *ibid. num.* 3.
An Episcopus accedens ad alterutram Cathedralem, teneatur in illa Pontificalia exercere, *ibidem num.* 5.
An Pontificalia sint ab eo alternatim exercenda, *ib. nu.* 6.
An Episcopus teneatur deputare pœnitentiarium in utraque Ecclesia, *ibid. num.* 7.
An item examinatores Synodales, *ibid. num.* 8.
An mulctæ, ac pœnæ delinquentium applicandæ ab eo sint pijs locis diœcesis, cujus sunt delinquentes, *ibid. num.* 9.
Episcopus, etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegatus, in casibus à jure concessis est omnium piarum dispositionum executor, *ibid. num.* 5.
Quomodo id accipiendum sit, *ibid. num.* 6.
Quatenus Episcopi per se ipsos conferre teneantur Sacros ordines, *tom.* 9. *cons.* 168. *num.* 28.
Quid quoad examen, *ibid. num.* 31.
Episcopi nequeunt ad ordines promovere juvenes exteros suorum seminariorum absque licentia eorum ordinariorum, *ibidem num.* 29.
Quibus modis violare possit interdictum, *tom.* 10. *consult.* 1. *num.* 10.
Quam pœnam incurrat, *ibid. & num.* 11.
Adstringitur juramento defendere libertatem Ecclesiæ, *ibid. num.* 10.
Major est connexio Episcopi cum Ecclesia, quàm vasalli cum feudo, *ibid. num.* 13.
Quando mentem Sacrarum Congregationum reverenter exequi debeat, *tom.* 10. *cons.* 38. *num.* 3.
Quatenus possit Regularibus dare licentiam audiendi Sacras Confessiones ad tempus, *tom* 9. *cons.* 8. *num.* 12.
Potest statuere præter jus, etiam sine confirmatione Papæ, *ibid. num.* 13.
Quatenus possit limitare licentias ad tempus, etiamsi aliàs essent perpetuò concedendæ, *ibid.*
Non potest impediri, ne apponat præservativas jurium partium, *ibid. num.* 14.
An possit Regulares carcere, interdicto, excommunicatione, aliavè pœna Ecclesiastica punire, *tom.* 10. *consultat.* 28. *num.* 1. *&* 2.
Præcipiens capi Regulares exemptos, an sit excommunicatus, *ibidem.*
Quid si injiciat manus in Regulares, *ibid.*
Quidvè si in aliqua causa Regularium procedat tanquam delegatus, saltem ratione suæ læsæ majestatis, *ibid. num.* 6.
An, quando procedit non solum, ut Ordinarius, sed etiam ut delegatus, de ejus jure facienda sit strictissima interpretatio, *ibid.*
Ob jus reverentiale non potest in exemptos jurisdictionem exercere, *ibid.*
An, & quatenus visitare possit Ecclesiam constructam à patrono, ac donatam Regularibus, quæ prius erat Oratorium, sive sacellum rurale sub jurisdictione Episcopi, *tom.* 10. *consult.* 39. *à num.* 1.
Quatenus Episcopis non competat jus visitandi, *tom.* 10. *consult.* 30. *num.* 11.
Quatenus actus ab Episcopis facti attendendi non sint, *ibid. num.* 12.
Jurisdictio Episcopi in locis, qui prætenduntur exempti, ex quo argui possit, *tom.* 10. *consult.* 30. *num.* 18.
Episcopus indistinctè licentias confessiones audiendi ab antecessore tam sæcularibus, quàm Regularibus Presbyteris concessas suspendere, ac revocare potest, *ibidem num.* 38.
Quid de Regularibus ab Episcopo semel ad audiendas sæcularium confessiones approbatis, *ibid. num.* 39.
Scientia Episcoporum præsumitur ex multiplicitate actuum cum lapsu tanti temporis, *tom.* 10. *cons.* 67. *n.* 7.
Pendente judicio inter Episcopum, & inferiorem Ordinarium, de & super cognitione causarum matrimonialium, criminalium, legatorum ad pios usus, & aliorum, Episcopo reservatorum Episcopus debet de ijs omnibus cognoscere, *ibid. num.* 18. *&* 23.
Stante assistentia juris Episcopus relevatur ab onere probandi exercitium suæ jurisdictionis, *t.* 10. *cons.* 69. *n.* 21.
Quid possit in mulieres oblatas, *ibid. à num.* 1. *& seqq. ac num.* 22. *& seqq.*
Habet quoad omnia loca, omnesque Ecclesias, & cunctas personas Ecclesiasticas suæ Diœcesis assistentiam juris, & quatenus, *ibid. num.* 26.
Nequit Episcopus in Legatum pium se immittere, nec illud erigere in titulum perpetuum, vel temporale ex prohibitione Testatoris, *tom.* 10. *cons.* 89. *num.* 1.

Episco

Episcopus quatenus possit nova statuta condere,& antiqua mutare,*tom.consult.*82.*n.*5.
In Concilio Generali non dispensant Episcopi,*t.*10.*consultat.*85.*num.*10.
Quas Ecclesias,uti proximior,Episcopus visitare possit, *t.*10.*consult.*90.*à num.*1.
Episcopus proximior qui dicatur,*ibid n.*10.
Quatenus punire possit illum visitans, qui est nullius, *ibid.num.*11.
An ad Episcopum viciniorem spectet , Sacramentum Confirmationis ministrare iis , qui nullius Diœcesis sunt,*ibid.num.*12.
Electio Episcopi qui visitet,à quo facienda,*ibid.n.*13.
An , dum Episcopus est in possessione jurisdictionis in Clerum , & Populum alicujus loci , cujus exemptio convertitur,possit punire nedum censuris Ecclesiasticis,sed etiam carceribus prætensos exemptos, de facto Episcopum in dicta sua jurisdictione turbantes, *t.*10.*consult* 93.*à n* 1.
Ad quem Judicem pertineat cognitio hujus causæ aliarumque hujusmodi, an ad Sacram Congregationem super Episcopis,& Regularibus, an ad Sacram Congregationem Concilij , an verò ad Sacram Rotam, *ibidem.*
Episcopus habet assistentiam juris in omnibus locis, & Ecclesiis suæ Diœcesis,*ibid n* 2.
Ex quibus constare potest, quod habeat immemorabilem , & pacificam possessionem exercendi plenariam jurisdictionem, *ibidem.*
Nullus Sacerdos tam Regularis, quàm sæcularis potest audire confessiones sæcularium absque licenria Episcopi loci,*tom.consult.*95 *num* 10.
Nec ipse Episcopus potest impertire hanc licentiam Sacerdoti non sibi subdito absque proprii Ordinarij licentia,*ibidem num*'11,
Confessiones aliter auditæ sunt invalidæ,*ibid.n.*12.
Licet Episcopi sint exequutores decretorum Sacri Concilij Tridentini, non tamen illa exequi possunt contra exemptos , nisi in casibus, in quibus hæc facultas specialiter eis tribuitur,*ibid.n.*22.
Quibus pœnis punire possint Regulares præsumentes audire Sacras Confessiones absque approbatione, *ibid.num.*24.*& seqq.*
An possit integris Collegiis , Conventibus , Domibus adimere facultatem audiendi sæcularium confessiones, *ibid.n.*26.
Ac suspendere Confessarios, & quomodo,ib'd.n.27.
Definitio plurium casuum ex Breve Pontificio,*ibid.nu.* 28.*& seqq.*
An in casu , quo Episcopus præcipiat decreta aliqua Concilij Tridentini à Regularibus observari, & executioni demandari,Regulares quicumque, etiam Societatis Jesu,sub prætextu quod hujusmodi præcepta infringant sua privilegia, possint eligere Conservatores, *ibid n.*31,
An quando Ordinarius procedit juris ordine servato adversus Regulares exemptos in casibus , in quibus per Concilium Tridentinum , vel Constitutiones Apostolicas ipsi subjiciuntur, possint Conservatores Judices assignare,*ibid num* 12.
An Regularibus , etiam Societatis Jesu , asserentibus se habere privilegia quominus obediant Episcopo in executione decretorum juris communis , Concilij Tridentini,& Constitutionum Apostolicarum,Ordinarij debeant ipsis adhibere fidem absque exhibitione hujusmodi privilegiorum,*ibid.num.*33.
An in casu,quo Regulares quicumque,etiam Societatis Jesu exhibeant aliqua privilegia , & Ordinarij judicent,ea non suffragari casui, de quo agitur,& ad rem non facere , Regulares præfati possint,ac debeant provocare ad Summum Pontificem , vel in partibus Indiarum remotissimis ad Metropolitanum, sive Ordinarium viciniorem,vel potius possint hoc casu eligere Judices Conservatores,*ibid.n.*34.
An Constitutio Gregorij XV. circa Conservatores Regularium æquè afficiat , & comprehendat Religiosos Societatis Jesu,ac reliquos Regulares,*ibid.num.*35.
An Regulares prædicti gravati ære alieno,vel ad ratiocinia , vel testamentorum exequutores possint conveniri coram Ordinario, si Conservatores non nominaverint intra tempus habile ab Ordinario præscriptum, *ibid.nu* 36.
An dicti Regulares Conservatores sive ad jura , sive ad privilegia tuenda assumentes teneantur ante exercitium commixtionis præstare cautionem coram Ordinario,sive alio Judice competente de judicio sisti & judicatum solvendo , casu quo in lite , sive causa succubuerint,*ibid.n.*37.
An quando Episcopus jura , vel decimas Cathedralium adversus Regulares prædictos , dore sua spoliantes, Ecclesias coram Judice competente tueatur , librosque,memorialia , & allegationes producit, jus Ecclesiarum Cathedralium exprimentes , & acquisitiones Religiosorum,aliaque id genus annumerantes,hujusmodi scriptorum occasione possint Regulares nominare Conservatores prætendentes injuriam sibi inferri in referendo immoderatas acquisitiones, *ibidem num.*38.
An Regulares quicumque,etiam Societatis Jesu,possint administrare Sacramentum Pœnitentiæ sæcularibus absque licentia Episcopi Diœcesani , etiamsi in alia Diœcesi ab Episcopo approbatus sit, *ibid.nu.*39.
An Episcopus contra dictos Regulares audientes in sua Diœcesi confessiones sæcularium absque approbatione, vel concionantes absque licentia Episcopi intra, & extra proprias Ecclesias, possit procedere, eos à talibus ministeriis removendo , sive præceptis, & aliis juris remediis coercendo , *ibidem numer.*40.
An quando Episcopo constat , dictas licentias obtentas non fuisse, possit ipse præcipere , ut donec licentiam intra præscriptum tempus exhibeant , à tali ministerio abstineant , & an requirendus sit per Episcopum pro his exhibendis Provincialis in alia Diœcesi , vel longissimè existens,vel ipsi Regulares Confessarij,vel eorum Superiores ejusdem Diœcesis, in qua prædicta exercentur,*ibid.nu.*41.
An si contingat,ut aliquis prædictorum Regularium insurgat contra Episcopum in propria Diœcesi, maledictis,scripto,vel dicto populum scandalizando,possit ab Episcopo puniri , & qua animadversione. Et quid si hujusmodi delinquens transiverit ad aliam Diœcesim hoc casu servandum sit, & qua pœna puniendus sit Regularis,qui commorans in una Diœcesi , spargit famosos libellos contra Ordinarium alterius Diœcesis, *ibid.num.*42.
An Conservatores nominati , & electi à Regularibus præscriptis ante exercitium suæ jurisdictionis teneantur electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario sub pœna nullitatis actuum , *ibid. num.*43.
An privilegia, quæ sunt contra jurisdictionem Ordinarij,& quibus gaudent, & gaudere prætendunt Regulares præfati , debeant Episcopis notificari, seu insinuari, *ibid.num.*44.
An prædia rustica, metallorum fodinæ, sacchari opificinæ à Regularibus Societatis,vel aliis possessa,vel aliæ domus sæculares , in quibus videlicet unus, vel duo Regulares tantùm commorantur , gaudeant privilegio Collegiorum,seu Conventuum, *ibid.num.*45.
An Regulares præscripti apothecas quarumcumque mercium, macella,& similia, præsertim propè Collegia, sive Conventus exercentes, possint ab Ordinario sub censuris inhiberi, ne hujusmodi exerceant, *ibid. num.*46.
An Regulares etiam Jesuitæ , in suis prædiis, opificinis , aliisque suis Domibus, sæcularibus, sitis intra limites Parochialium ad se spectantium , possint

administrare Sacramenta Baptismatis solemnis, matrimonij, extremæ Unctionis, & Eucharistiæ in festo Paschatis mercenarijs, rusticis, sive alijs id genus hominibus sæcularibus absque Ordinarij, vel Parochi licentia, *ibid. num.* 47.

An Patres Societatis in Civitate, & Diœcesi Angelorum possint consecrare vasa Sacra, Altaria, & similia, in quibus unctio requiritur, *ibid. num.* 48,

An Episcopi in partibus Indiarum possint ex integro unum Monasterium, vel Collegium ab audiendis confessionibus suspendere, *ibid. num.* 50.

An Episcopus Regularem pro Confessionibus semel approbatum, sine nova causa suspendere possit ab ipsis confessionibus audiendis, *ibid. num.* 51.

An Bulla Pij V. 34. concessa, instante, & supplicante Serenissimo Rege Catholico, non ad petitionem Regularium, sit revocata in Bullis Summorum Pontificum, in quibus exemptiones Regularium mitigantur, *ibid. num.* 52.

An Episcopus possit cum censuris procedere contra Regulares exempros, si inobedientes fuerint in Confessionibus audiendis, vel prædicatione Verbi Dei, & hoc an vigore Concilij Tridentini, vel per quem Canonem, *ibidem num.* 53.

An licentia audiendi confessiones, & prædicandi ab Episcopo litteras missivas, an solum per litteras patentes Cancellariæ concedi possit, *ibid. num.* 54.

An talis licentia oretenus sine scriptura concedi possit, *ibid. num.* 55.

An facultas eligendi Conservatores, concessa Societati à Gregorio XIII. suffragetur illis in locis, in quibus non adsunt Iudices Synodales, *ibid. num* 56.

An Conservatores Societatis Vicarios Generales Episcoporum auctoritate Apostolica per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas compellere possint virtute Bullæ Gregorij Decimitertij, *ibid. num.* 57.

De Episcopo Regulari, *tom.* 10. *consult.* 97. *à num.* 1.

Apostoli à quo ordinati Episcopi, *ibid. num.* 6. *& seqq.*

Qui à successoribus Sancti Petri, *ibid.* Et quomodo, *ibidem, & seqq.*

A quo Sanctus Petrus ordinatus Episcopus, *ibidem num.* 7.

De baldachini erectione in Ecclesiis Regularium, *tom.* 10. *consult.* 106. *num.* 1. *& seqq. ac num.* 7. *& seqq.*

An Episcopus occasione erectionis Baldachini possit cogere Regulares ad sedendum in scamno parato, & dimittendum sedes ligneas, & in casu contraventionis eos punire censuris, *ibid. à num.* 1.

De jure communi in materia Episcoporum quoad loca exempta quot constituantur regulæ, *ibid. num.* 3.

Possunt Episcopi celebrare cum Pontificalibus, ac erigere cathedram, sive solium cum baldachino, *ib. n.* 4.

Non possunt celebrare facere ab alijs in sua præsentia cum Pontificalibus, *ibid. num.* 5.

Nec possunt jurisdictionem aliquam exercere in personas exemptas, *ibid. num.* 6.

Clemens VIII. quid innovaverit in suo decreto de baldachino erigendo in Ecclesiis Regularium, *ibid. nu.* 8.

An ex hoc decreto Clementis possit dici cõcessa facultas instituendi processiones in dictis Ecclesiis, concedendi indulgentias, ac cætera hujusmodi, *ibid. num* 9.

Anvê possit Episcopus Regulares cogere ad servandum Cœremoniale Episcoporum, *ibid. num.* 10. *& seqq.*

Non possunt Episcopi in Ecclesiis Regularium eas pontificales functiones exercere, quæ considerationem mixtam habent, iis invitis, *ibid. num.* 21.

An administrare Sacramenta Confirmationis, *ibid.*

Et contra Regulares impedientes hanc administrationem possit censuris procedere, *ibid & num seqq.*

An Episcopus tanquam primus Parochus possit baptizare in Ecclesiis Parochialibus Regularium, *ibid.*

Quid de Vicariis Episcoporum etiam absente Episcopo, *ibid. num.* 23.

An jurisdictio Episcopi visitandi suos subditos præscribi possit, *tom.* 10. *consult.* 116. *à num.* 1.

Jurisdictio, ac jura etiam Episcopalia possunt consuetudine legitimè præscripta à non Episcopis acquiri, *ibid. num.* 1.

Ac etiam à subditis, *ibid. num.* 5.

Quinam Prælati veniant nomine Episcopi, *ibid. nu.* 144.

Prelati non Episcopi, quàm jurisdictionem habeant, *ibid. & num.* 145.

Jurisdictio quasi Episcopalis quibus, & quatenus iis competere possit, *ibid. & n. seqq.*

Ad Episcoparum quænam ætas requiratur, *tom.* 10. *consult.* 118. *num.* 2.

An, & quatenus constare possit de sufficienti causa renunciandi liberè Episcopatum in manibus Summi Pontificis, *tom.* 10. *consultat.* 119. *à num.* 1.

Quænam causæ sufficiant, *ibid. num.* 1. *& seqq.*

Episcopi locus in processionibus, ejusque auctoritas, *tom.* 10. *consult.* 121. *num.* 5.

Quando Episcopo prohibendum, ne contra Canonicos, aliosque procedat sine Adjuncto, *tom.* 10. *consult.* 122. *num.* 9.

Episcopus solus tenetur reficere suam Ecclesiam Cathedralem, *tom.* 10. *consult.* 126. *num.* 9.

Quonam pacto Episcopi olim eligebantur, *tom.* 10. *consultat.* 130. *à num.* 1. *& seqq.*

An sit juris divini, ut populus in Episcopo eligendo suffragium ferat, *ibid, num.* 12. *& seqq.*

Quomodo cognoscatur, quod aliqua Civitas sit Germanica, atque adeò, quod illius Capitulum Ecclesiasticum gaudeat privilegio eligendi suum Episcopum, *ibid. num.* 17. *& seqq.*

Electio Episcopi ex jure antiquo ad quos pertinebat, & nunc pertineat, *ibid. num.*

Ubi aliqua de investitutis Episcopatuum, *ibid. num.*

Episcopi tenent Apostolorum locum, *ibid. num.* 1.

Mos, & usus varius eligendi Episcopos, *ibidem num.* 3. *ac seqq.*

Cur commissum olim jus nominandi Episcopos Plebi, *ibid. num.* 9.

Ad eam hodie minimè pertinet, *ibid. num.* 10.

Mos hodiernus, *ibid. n.* 11. *& seqq. & n.* 15. *ac seqq.*

Quid de Episcopis, qui sunt Imperij Principes, *ibidem num.* 18.

An Episcopo excommunicato, vel alio habente jura Episcopalia, possit aliquis eligi in Vicarium Capitularem, *consult.* 131. *à num.* 1.

Episcopi excommunicati jurisdictio ad quem devolvatur, *ibid. num.* 1. *& seqq.*

Quid de capto à Paganis, vel à Schismaticis, *ibid. num.* 2,

An Episcopus ingerere se possit in cognitionem causarum laicorum super contractibus inter ipsos initis ex eo, quod illis appositum sit juramentum, *tom.* 10. *consult.* 135. *à nu.* 2. *& seqq.*

An, & quatenus Episcopus possit Episcopum excommunicare, *tom.* 10. *consult.* 136. *à num.* 1. *& seqq.*

Causæ criminales Episcoporum apud quem tractandæ *ibidem num.* 4. *& seqq.*

Potest Episcopus contra Episcopum, qui illius jurisdictionem de facto turbat excommunicationem, aliasque censuras proferre, *ibid. num.* 22.

De potestate Episcopi excommunicantis, *ibid. num.* 23.

Causæ legitimæ, ac sufficientes, quibus Episcopus Episcopum excommunicare possit, *ibid. num.* 24.

Episcopus quibus ex causis fiat subditus alteri Episcopo, *ibidem num.* 25.

Episcopus licitè excommunicare potest Episcopum in sua jurisdictione delinquentem, *ibid. num.* 26.

Quid si penderet lis super jurisdictione, *ibid. num.* 27.

An, & quatenus causæ Episcoporum sint Summo Pontifici referendæ, *ibid. num.* 28.

Episcopus in Episcopum, an jurisdictionem habeat, *ibidem num.* 29. *& seqq.*

Epis-

Episcopus an soleat excommunicari, an tantùm interdici, *ibid. num.* 31.
Quid post Sacrum Concilium Tridentinum, *ibid. num.* 32. *& seqq.*
Quid tutiùs agendum, *ibid. num.* 33. *ac seqq.*
An rectè in Ecclesia Episcopi Titulares instituantur, *tom.* 10. *consult.* 137. *à num.* 1. *& seqq.*
An fuerint ab exordio Ecclesiæ, *ibid. nu.* 3. *& seqq.*
An habeant propriam Ecclesiam, & quatenus, *ibidem, & num. seqq.*
De Corepiscopis, *ibid. num.* 4.
Quomodo instituantur, *ibid. num.* 4.
Accipiunt integrum ordinem Episcopalem, *ibid. num.* 5.
Episcopus duplicem respectum habet, *ibid. num.* 6.
An Episcopus absque propria Ecclesia ordinari possit, *ibid. num* 7.
Episcopi Titulares sunt veri Episcopi, *ibidem num.* 9. *& seqq.*
De nomine, officio, & dignitate Episcopi *consultat.* 147.
De Episcopi nomine, *consult.* 147. *num.* 14.
Episcopatu non datur major ordo, ac dignitas, *ib. num.* 15.
Summus Pontifex dictus etiam Episcopus, & quomodo differat ab Episcopo, *ibid.*
Quatenus Episcopus teneatur consilium Capituli exquirere, illudque sequi, *consult.* 149. *n.* 8.
Episcopus in aliena Diœcesi nec Pontificalia exercere, nec Ordines conferre potest, *tom.* 10. *conf* 154. *à num.* 1.
Alieno Episcopo quatenus liceat exercere Pontificalia in Ecclesia aliena, & ministrare chrisma, *ibidem num.* 2.
An de licentia Capituli, Sede Episcopali vacante, *ibidem num.* 2.
Quid de Ordinatione familiarium Episcoporum, *ibid.*
Idem Episcopus in alterius Diœcesi chrisma ministrare non potest eadem die, eodemque anno, *ibid. num* 9.
Non licet Episcopo extraneo in aliena Diœcesi, etiam in Ecclesijs prætendentibus jurisdictionem Episcopalem ab immemorabili tempore citrà, Sacramentum Confirmationis, & Ordinis absque licentia Episcopi, vel aliud Pontificale munus exercere, *ibid. num.* 10.
Nec poterit Prælatus inferior etiam exemptus hanc licentiam concedere, sed Ordinarius loci intelligi debet Episcopus ille, in cujus Diœcesi locus est constitutus, *ibid. num.* 11.
Non poterit etiam hujusmodi licentiam concedere Patriarcha in locis alienæ Diœcesis, ubi aliquas Ecclesias sibi immediatè subjectas habet, nec Pontificalia munia ibidem obire, *ibid. num.* 12.

EPITAPHIUM.

Epitaphium in lapide gemmato incisum cum imagine picta prædefuncti cum fama Sanctitatis, an arguat venerationem, ac cultum, *tom.* 1. *consult.* 188. *num.* 1. *& seq.*
Quatenus sit signum venerationis, *tom.* 1. *consult.* 244. *num.* 5.
Quomodo constituat plenam probationem, *tom.* 4. *consult.* 42. *num* 46.

EQUITES Vid. *Hierosolymitanis Milites.*

Equites regulares an, & quatenus fruantur pensionibus, *tom.* 1. *consult.* 229.
Equites Hierosolymitani, *V. Hierosolymitani.*
Equites Sanctorum Mauritij, & Lazari, ac S. Stephani an gaudeant immunitatibus, *tom.* 1. *consult.* 441. *num.* 1.
An cum Equitibus S. Jacobi possit dispensari in eorum votis, *tom.* 1. *consult.* 498. *à num.* 1.
Equites Christi sunt immunes à vectigali vini, *tom.* 2. *consult.* 34. *num.* 61.
Equites Portugalliæ an priventur privilegio fori, & immunitatis à vectigalibus, si bigamiam contrahant, *tom.* 2. *consult.* 61. *à num.* 1.
Connumerantur inter personas Ecclesiasticas, *ibid.*
Militant sub regula S. Augustini, *ibid.*
Eorum institutum, *ibid. num.* 4.
Equites Hierosolymitani an possint, irrequisito Parocho, in cujus Parochia decedunt, absq; ejus licentia ab alijs Equitibus efferri ad eorum propriam Ecclesiam, ibique sepeliri, *tom.* 4. *consult.* 199. *à num.* 1.
Quid si elegerint sepulturam in alia Ecclesia, quàm propria, *ibid. num.* 11.
An efferri possint ad sepulturam in curru clausi, tam diu, quàm noctu, Parocho non comitante, *ibid. num* 20.
An frater Capellanus in Ecclesijs dictorum Equitũ possit ministrare Sacramenta laicis infirmis, confugientibus ad domos annexas dictæ Ecclesiæ, *ibid. num* 22.
Et an dicti Equites sint propriè Regulares, *ibid. num.* 30.
Quatenus possint sibi sepulturam eligere, *ibid. num* 11.
An, & quatenus Episcopus possit declarare excommunicatum Equitem Hierosolymitanum, *tom.* 9. *conf.* 52. *à num.* 1. *& seqq.*
Eques Hierosolymitanus gaudet privilegijs, religiosis omnibus concessis, *ibid.*
Uti verè per religiosus nequit admitti ad officia jurisdictionalia, & magistratus Civitatis exercendum, *ibi.*
Equites Hierosolymitani ordinario loci non subduntur, *ibidem num.* 2.
Si publicè delinquant, an, & quatenus possint ab ordinario puniri, *ibid. & num.* 9.
Quid si Episcopus procederet, tamquam delegatus Sedis Apostolicæ, *ibid. num.* 3.
Quid si Episcopus expresserit, se auctoritate ordinaria protulisse censuras, *ibid num.* 4.
An Episcopus possit censuras à sacris canonibus inflictas, etiam adversus exemptos, declarare, *ibid. num.* 5.
In delictis certis, & notorijs, pro quibus in jure feruntur censuræ potest Episcopus procedere, etiam contra Equites Hierosolymitanos, *ibid. num.* 6.
Et quoscumque alios exemptos, *ibid.* Etiam contra eos, qui expressum habent privilegium, ne possint censuris alligari, *ibid. & seqq.*
Quid si ab Equite Hierosolymitano læsa esset immunitas Ecclesiastica, *ibid. num.* 11.
Vel Episcopus fuerit injuria affectus, vel in sua jurisdictione offensus ab exemptis, *ibid. num.* 12.
Quid si Eques Hierosolymitanus, vel quivis alius exemptus, uti superior, delictum commiserit, *ibid. n.* 13.
An, & quatenus Eques S. Jacobi, qui in loco publico Vicarium generalem Episcopi in exercitio suæ jurisdictionis verbis injuriosis affecit, puniri possit ab Episcopo *tom.* 9. *consult.* 52. *num.* 14.
Equites S. Jacobi non sunt exempti a jurisdictione Episcopi, *ibid. num.* 14.
An Miles magistralis obedientiæ in Religione Hierosolymitana teneatur ad integrum annum probationis, ac ita, ut si aliter professio fiat, illa sit irrita, *tom.* 9. *conf.* 123. *à num.* 1.
Fratres Hierosolymitani an comprehendantur in dispositione Concilij Tridentini, *cap.* 15. *sess.* 25. *de regul. & n.* 7. ac ubi de aliquibus Religionibus militaribus.
Quid disponat statutum Religionis super anno probationis horum militum, *ibid. num.* 2.
Fratres obedientiæ quomodo distinguantur à Conventualibus, *ibid. num.* 3.
Possunt compelli ad emittendam professionem intra tres menses, *ibid. num.* 4. *& seqq.*
Observatio Religionis super hac re, *ibid. num.* 6.
Fratres Capellani Equitum Hierosolymitanorum sunt claustrales, non militares, *tom.* 9. *conf.* 170. *num.* 2.
Religio Equitum Hierosolymitanorum an sit claustralis, *ibidem num.* 7.
Et vera Religio, *ibid. num.* 8.
Ejus fratres capellani de obedientia sunt propriè Regulares, *ibidem.*
Emittens votum Religionis, satisfacit, assumendo habitum Equitum Hierosolymitanorum, *ibid.*

Quid de alijs Equitibus, *ibid. num* 9.

ERECTIONES.

Nunquam censetur derogatum erectionibus, sive fundationibus, & quare, *tom.* 3. *consult.* 30. *num.* 4.
Ubi declarationes S. Congregationis.
Earum privilegium, *ibid.*

EREMITA.

An & quatenus Eremitæ gaudeant privilegio fori, *tom.* 8. *consult.* 1. *num.* 1. *& seqq.*
De pluribus Eremitarum generibus, eorumque imposturis, *ibid. à n.* 1. *&* 10.
Quid de ijs, qui subsunt Ordinarijs, *ibid. à num.* 6.
An gaudeant privilegio Canonis, *ibid. num.* 15.
Eremitarum genus Remboth, *ibid. num.* 17.
Et qui, *ibid.*
Gyrovagi, *ibid. num.* 18.
Circumcelliones, *ibid. num.* 20.
Sarabaitæ, *ibid. num.* 21.
An Eremitica vita præstantior, ac melior cœnobitica, *tom* 8. *consult.* 43. *n.* 44. *& seq.*

ERROR.

Tollit consensum, *tom.* 1. *consultat.* 86. *num.* 23.
Error communis cur tribuat jurisdictionem, *tom.* 2. *consult* 36 *num.* 8.
Gesta ex communi errore cum titulo putativo sunt valida in utroque foro, *tom.* 4. *consult.* 112. *num.* 4.
Error concedentis tollit ejus consensum, & facit, quod irrita sit errantis voluntas, *tom.* 5. *consult.* 58. *num.* 3.
Excludit scientiam, & patientiam errantis, *ibid.*
Quatenus error nominis non vitiet contractum, *ibidem num* 6.
Error personæ in matrimonio est substantialis, *ibid.*
Quid in alijs Sacramentis, *ibid.*
Error communis, etiam sine titulo colorato, an suppleat defectum tituli, & sustineat actum, *tom.* 6. *consult.* 1 *num.* 13.
Error non præjudicat veritati, *tom.* 9 *cons.* 77 *num.* 16.
De narrativa erronea, *ibid. & num seqq.*

ERYSIPELAS Vid. *Miraculum.*

Ejus curatio, *tom.* 10. *consultat.* 177. *num.* 19.

EUCHARISTIA Vid. *Constitutio, Oratorium, Immunitas, Calix, Hostia.*

Eucharistiæ Sacramenti susceptio quatenus monialibus præscribi possit, *tom.* 1. *consult.* 36. *num.* 1. *& seqq.*
Ubi decretum S. Congregationis de quotidiana communione.
An & quomodo condemnatis ad triremes, dum ad mortem infirmantur, administrari possit, *tom.* 1. *consult.* 310. *num.* 1.
Non potest asservari, nisi in Ecclesiis parochialibus: *tom.* 1. *consult.* 339. *num.* 1.
Per modum Viatici nequit à Regularibus administrari, *tom.* 4. *consult.* 3. *num.* 5.
Semper censetur excepta per modum Viatici in privilegijs, *ibid.*
Quis, ubi, & quando eam suscipere teneatur, *ib. nu.* 18.
Maximè in Paschate, non obstante quocunque privilegio, *ibid num.* 23.
A quibus deferri debeat in processionibus, *tom.* 4. *consult.* 29. *num.* 1.
Debet asservari in Ecclesia Collegiata parochiali, *ib. n.* 4.
Et in parochialibus, *ibid.*
In quo altari asservanda, *tom* 4. *tota consult.* 31.
Consuetudo eam asservandi quàm antiqua, *ibidem num.* 1.
Ubi asservabatur antiquitus, *ibid. & num.* 2.
Ubi hodie asservanda, *ibid. num.* 3. *& seq. ac num.* 12. *& seqq. & num* 17.
Sola, an cum Sanctorum reliquijs, vel imaginibus, *ibidem.*
Sub figura in antiquo Testamento, *ibid. num.* 8.
Quibus liceat eam exponere in die festo Corporis Christi, *tom.* 4. *consult.* 84. *à num.* 1.
Quid in Ecclesijs Regularium, *ibid.*
Et de Oratorijs Confraternitatum, *ibid ac num.* 2. *&* 5.
Uni Parocho, sive sodalitati an, & quatenus liceat intra Octavam Corporis Christi ducere supplicationem eodem die, quo illam alter Parochus, vel altera sodalitas ducere solet, *tom.* 4. *consult.* 99. *à num.* 1.
In quibus Ecclesijs asservari debeat, *tom.* 4. *consult.* 150. *num.* 8. *& seqq.*
Ejus administratio pertinet ad jurisdictionem, *ibidem num.* 12.
An ex eo, quòd concedatur Missa, concedatur etiam administratio Eucharistiæ, *ibid & num* 13.
An & quatenus Eucharistia extremo supplicio afficiendis danda sit, *tom.* 6 *consult.* 27 *à n.* 25. *& seqq.*
Non potest induci consuetudo, quod morte damnatis non ministretur Eucharistia, neque inducta potest subsistere, sed omnino est eis ministranda, *ibid. num.* 29. 44. *& seqq.*
Judex tenetur concedere tempus damnatis ad mortem non solum, ut possint confiteri, sed etiam ut possint sumere Eucharistiam, *ibid. num.* 34.
Quid si Judex timeat reum eripiendum, *ibid. num.* 39.
Tenetur ex officio providere indemnitati Reipublicæ, *ibid. num.* 40.
An in pœnam alicujus delicti denegari possit, *ibid. num.* 43. *& seq.*
Potest ministrari damnatis ad mortem, etiamsi non sint jejuni, *ibid. num.* 47. *& seqq.*
Licita olim deferri in itinere pro viatico, *tom.* 6. *consult.* 45. *num.* 1.
Ritus de Sacramento Eucharistiæ, interrogationes, ac responsiones de eadem. *V. Ritus.*
Eucharistiæ custodia ad quem pertineat, *tom.* 6. *consult.* 87. *num.* 2.
Et sub qua pœna, *ibid.*
An & quatenus clavis capsulæ, in qua Eucharistia servatur feria quinta Cœnæ tradi possit laicis, *ibid. à n.* 1.
Quid si laici habeant juspatronatus in Ecclesia, *ibidem num.* 3.
Quidve de consuetudine generali, ac immemorabili in toto aliquo Regno, *ibid. num.* 9.
Ejus administratio ad quem pertineat, *tom.* 6. *consult.* 98. *num.* 86.
An qui in Paschate non recepit in sua parochiali Ecclesia S. Eucharistiam, sed in Basilica Lateranensi, vel in Ecclesia Cathedrali suæ diœcesis, satisfaciat Ecclesiæ præcepto de annua communione, *tom.* 7. *consult.* 89. *à num* 1. *& seqq.*
In ea ministranda requiritur potestas Ordinis, & jurisdictionis, *ibid. num* 12.
Jus illam ministrandi non est concessum Ecclesiæ parochiali, sed Parocho, *ibid. num.* 15.
Eucharistia apud moniales quo loco conservanda, *tom.* 8. *consult.* 52. *n.* 3.
Utrum in Ecclesijs, vel Oratorijs publicis Confraternitatum sæcularium exponi possit Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, *tom* 9. *cons.* 79. *à n.* 1. *&* 3. *ac seqq.*
Eucharistiæ asservatio prohibetur in Ecclesijs non Parochialibus, *ibidem num* 1.
In ejus expositione in Ecclesijs, & Oratorijs Confraternitatum, an, requiratur licentia Parochi, *ibid.*
Ejus expositio in Ecclesijs, & Oratorijs Confraternitatum an, & quatenus præjudicium inferat Ecclesiæ matrici, & Parochiali, *ibid. num.* 6. *& seq.*
In quibus Ecclesijs expositio Eucharistiæ fieri possit *ibidem num.* 9.
Actus repositionis Eucharistiæ cum benedictione à quo tantum fieri possit, *ibid. num.* 10.
Absque interventu Parochi nequit exponi, *ibid. num.* 12.
Pro qua causa, & in quibus locis publicè exponenda *ibidem num.* 12. *ac* 17.
An feria sexta Paraſceves liceat Eucharistiam populo administrare *tom.* 9. *cons.* 90. *à num.* 1. *ad* 11.
Institutio cœremonialis circà cultum Eucharistiæ, *ibid. num.* 11. *& seqq.*

In

An omnibus tam relapsis, quàm aliis de hæresis crimine pœnitentibus, & Curiæ sæculari tradendis danda sint Sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ, *tom.9. conf. 91. à num. 11.*
Eucharistia publicè, ac privatim decenter habebatur, *ibidem num. 9.*
In Templis, *ibid. num. 9.*
In Ciborio, *ibid. num. 10.*
In Pyxide, *ibid. num. 11.*
In Tabernaculo, *ibid. num. 12.*
In secretario, *ibid. num. 13.*
Pastiphoria pro Eucharistia, *ibid.* Et quot, *ibid. n. 4.*
In penu, *ibid. num. 15.*
In Turri, *ibid. num. 17.*
In honorato semper loco, *ibid. num. 18.*
In altari, *ibid. num. 19.*
In Navi, *ibid. num. 20.*
In Sepulchro, *ibid. num. 21.*
Græcorum in Eucharistiam impietas, *ibid. num. 22.*
Privatim servabatur, *ibid. num. 23.*
In arca, *ibid. num. 24.*
In ara domestica, *ibid. num. 25.*
In Oratorio, *ibid. num. 26.*
In Palla, *ebid- num. 27.*
Prohibetur suscipi sub utraque specie, *ibid. num. 28.*
In quibus locis suscipi sub utraq; specie toleratur, *ibid. num. 29.*
Et quatenus, *ibid. num. 30.*
Quid in hac re curare debeant Nuncij Apostolici, & Episcopi, *ibid. num. 31.*
Nullo modo deferri potest super navibus, *ibid. num. 32.*
Potest à Parocho, vel alio illius nomine deferri pro viatico tantum infirmorum existentibus in triremibus, aut navibus, & quomodo, *ibid num. 33.*
Ob distantiam Ecclesiarum Parochialium conceditur ex Brevi Apostolico Capellanis existentibus in triremibus, ut in Scopulis, vel in litore maris super altari portatili Missam celebrando, possint infirmis Sacrum viaticum ministrare, *ibid. num. 34.*
Quatenus possit ministrari reis S. Officij, *ibid. num. 35.*
Cur prohibeatur pueris, *ibid num 37.*
Quomodo expediendus qui susceptam Eucharisticam particulam ex ore extrahit, & in sudariolo reponat, *ibid. num. 38.*
Quatenus puniatur in S. Officio qui particulam Consecratam ab ore extractam, domum defert, *ibidem num. 39.*
Sumens Eucharistiam non jejunus quatenus puniatur in S. Officio, *ibid.*
Communio Eucharistica, quàm Inquisitores faciunt feria quinta majoris hebdomadæ, non suffragatur familiaribus, officialibus, & ministris S. Officij ad se subtrahendum ab obligatione præcepti Paschalis, *ib. n. 41.*
Quoties Sacra Eucharistia sumebatur olim, *tom. 9. conf. 93.*
Quoties sumenda, *ibid. num. 1. & seqq.*
Ex causa data Communio Eucharistiæ maximè morituris, *ibid. num. 27.*
An aliquando liceat Sacerdoti ministrare Hostiam non Consecratam, *ibid. num. 35. & seqq.*
Et an Judas fuerit excluſus cœna Eucharistica, *ib. n. 36.*
Primum communicabant Christiani quotidie, *ibidem num. 1. & 2.*
Deinde quater in hebdomada, *ibid. num. 3.*
Ferijs quarta, & sexta ad Nonam, & Dominica post matutinas, *ibid. num. 4.*
Dominico, & Sabbato, *ibid. num. 5.*
Semel, *ibid. num. 6.*
Quoties apud Græcos, *ibid. num. 7.*
Non licuit ultra tertiam hebdomadam differre, *ib. n. 8.*
Decies, octies, plus minus per annum, *ibid. num. 9.*
Ter in anno, *ibid. num. 10.*
In plures annos dilata, *ibid. num. 11.*
Semel in anno, *ibid.*
Non oportet id metiri tempore, *ibid. num. 16. & seqq.*
Quid quoad excommunicatos, *ibid. num. 17.*
Et quoad Religiosos, *ibid.*
Sensus Ecclesiæ, ac Patrum super hac re, *ibid. num. 18.*
Quotidianam communionem non probant Patres, *ibid. num. 19.*
Optant tamen frequentationem crebram, *ibid. num. 21.*
Magno stetit diutius distulisse, *ibid. num. 22.*
Dominicis si quis communicet nec tardior est, nec frequentior, *ibid. num. 23.*
Probatum id illustri miraculo, *ibid. num. 24.*
Quid hac de re statuerit Christus in Regula pro ordine S. Brigittæ, *ibid. num. 25.*
Decretum hac eadem de re S. Concilij Tridentini, ejusque S. Congregationis, *ibid num. 26.*
Pro viatico, *ibid. num. 28. & seqq.* Ubi exempla.
Miranda, *ibid.*
Discreverunt aliqui Sacrum panem à profano, *ibidem num. 32. & seq.*
Quibus cœremonijs, ritu, seu Communio olim percepta, *tom. 9. conf. 94. num. 1, & seqq.*
Quis porrigere Sacram Eucharistiam solitus, *ibidem num. 15.*
Ordo, ac series in communione, *ibid. num. 24.*
Privatim à certis, ut percepta, *ibid. num. 33. & seqq.*
Quomodo à viris, quomodo à mulieribus, *ibid. num. 38. & seqq.*
Qui apti, qui inepti Communioni, *ibid. num. 45. & seqq.*
Proclamatur Sancta Sanctis, *ibid. num. 1. & 3.*
Accedentes componere se debent, ut majestati summæ reverenter placeant, *ibid. num. 4.*
Lavabant se, ut puri essent, *ibid. num. 5.*
Jejuni pariter ut sint, requiritur, *ibid.*
Quam in hoc erant exacti, *ibid. num. 7.*
Qui dies excipiebatur, *ibid. num. 8.*
Traditio de jejunio communioni præmittendo, *ibidem num. 9.*
Reverentia requisita in situ, & corporis positione, *ibid. num. 10.*
Manu in Crucis signum figurante accedebant, *ibid. num. 11.*
Cura, quam adhibere deceat, *ibid. num. 12.*
Fœminæ Christi Corpus Dominicali excipiebant, *ibid. num. 13.*
Viri suis ipsi manibus, easque quasi pro consecratis habebant, *num. 14.*
Qui consecrat, ipse ministrat, *ibid. num. 15.*
Unde antiqui consuetudinem duxerint, Sacram Eucharistiam laicis manibus sumendi, *ibid num. 17.*
Subditi ab Episcopo libenter sumebant, *ibid. num. 19.*
Sacerdos alteri administrabat, idque sæpè invicem, *ibidem num. 20.*
Diacono presbyteris, sed hoc Ecclesiæ displicuit, vetitumque, *ibidem num. 21.*
Angeli id ministerij non semel obivere, *ibid. num. 22.*
Imò Christus, *ibid. num. 23.*
Syntaxis in synaxis erat, ordinem servabant: ut confusio omnis tolleretur, *ibid. num. 24.*
Postea Sacerdos communicat, deinde impertit Clero, ac postea populo, *ibid. num. 25.*
In liturgia Marci Sacerdos Cruce signat populum elata voce, *ibid. num. 26.*
In Missa Æthiopica primum Sacerdos communicat dé corpore, & Sanguine Domini, tum ex eadem Hostia ministris Sacrificij impertit, &c. *ibid. num 27.*
Alibi alia lex fuit, addita, dempta, mutata pro loco tempore, & opportunitatibus, *ibid. num. 28.*
Quid apud Græcos observabatur, *ibid. num. 29.*
Eorum insulsa, *ibid. num. 30. & seq.*
Quid apud Æthiopas, *ibid. num. 32.*
Privatim quædam communicaturi observarunt, idque monente, aut approbante Deo, *ibid. num. 33. & seqq.*
Hæretici quoque Ecclesiæ cœremonias imitati sacrilegè quædam servarunt, *ibid. num. 36.*

Vualdenses majori scelere se polluunt, *ibid. num* 37.
Mulieri quam legem imponat Apostolus, quam juris, *ibid. num.* 38.
Qui ordo servatus, *ibid. num.* 39.
Rara narratur historia, quædam continens mirahda, non imitanda, *ibid.*
Dabatur pacis osculum, *ibid. n.* 42.
Abusus hic facile fuit, *ibid. num.* 44.
De munditiæ animæ ad Sacram Communionem requisita, *ibid. n.* 46. *& seq.*
Eam excipiens ab lethali crimine debet purus esse, *ibid. num.* 48.
Novatiani eam puritatem requirebant, quam in homine, vel nunquam vel rarò reperias, *ibid n.* 49.
Intima mundities necessaria, *ibid num.* 52. *& seqq.*
Dies aliquot præscribuntur, ut minimum post noctem puram communicandum, *ibid num.* 54.
Voluerunt quidam, mulieres arceri à Synaxi. quæ menstrua patiuntur, *ibid. num.* 55. *& seq* Ubi Judaica superstitio.
Scientia instructi accedere debemus, *ibid: n.* 58.
Quæ tenenda de hoc augustissimo Sacramento, *ibid.*
Ad hæc monitio, *ibid num.* 59.
De mutatione, quæ in Eucharistia fit, *tom.* 9. *cons.* 95: *à num.* 1.
Vox Transubstantiatio an nupera, *ibid & num seqq.*
An lactis fluxus, vel lymphæ ex secta cervice alicujus Martyris sit miraculo adscribendus, *to.4..conf.50. à principio.*
An, & quatenus pro Canonizatione Martyris requirantur miracula, *tom.4. conf. 72. num.1.*
Ad martyrium an requiratur, quòd sit actus honestus, sitque necessarius actus fortitudinis, & ut mors ipsa sequatur, *ibid. num. 10. ac seq.*
Alia martyris requisita, uti constat ejus fortitudo, & eus hæretici non sint capaces martyrii, *ibid. n. 24. ac seq.*
Martyrii definitio, *ibid. num. 2.*
Quid illud requirat, *ibid.*
Ejus causa, *ibid.*
Quænam in Martyre concurrere debeant, *ibid. n. 3.*
Est maximæ charitatis signum, *ibid.*
Ejus Excellentia, *ibid. & num.4.*
Et Elogium, *ibid. ac seq.*
Martyres quibus comparati, *ibid. num. 6.*
Martyrium implet vices baptismi, *ibid. num. 7.*
Quando per martyrium conferatur gratia, *ibid.*
Quomodo in causis Martyrum processus canonizationis expediatur, *ibid.*
Martyres an examinet Ecclesia, *ibid. n. 7.*
Prima causa Canonizationis est martyrium pro causa fidei, vel virtutis Christianæ, *ibid. n. 8.*
Ad canonizandum Martyrem quid reperiatur, *ibid.*
Quid si ante Martyrium quis fuerit infidelis, vel hæreticus, *ibid.*
Ad martyrii probationem requiritur miraculum, *ibid. num. 9.* Et quare, *ibid.*
Qualis actus sit necessarius ad martyrium adultorum, *ibid. num. 10.*
Quid de sanctis Innocentibus, *ibid.num. 8. ac 11. An ii ullum habuerint actum voluntatis, ibid.*
Martyrium an sit actus fortitudinis, sive an ad martyrium sit necessarius actus fortitudinis virtutis specialis ex formali objecto illius, *ibid. num.12. ac seq.*
Essentia martyrii potest consistere sine ratione formali fortitudinis specialis, *ibid. n. 15.*
Mors an sit de ratione martyrii, *ibid. nu. 16.*
Martyrium sine morte imperfectum, *ibid.*
Quo sensu B. Virgo dicatur Martyr, *ibid.*
Quid de sola tolerantia carceris, *ibid. & num. seq.*
Varii gradus martyrii, *ibid. num. 17.*
Ad martyrium requiritur, ut mors non sit contra voluntatem patientis, *tom. 4. consult. 72.*
Item requiritur, ut mors obeatur propter fidei veritatem defendendam, vel propter opus honestum alicujus virtutis, *ibid. n.19.*
In martyrio inspicienda est causa, non mors, *ibid. n. 23.*
Martyrii mater, *ibid. num. 25.*
Sine charitate est sine præmio, *ibid.*
Martyrii vocabulo loca quædam cœtuum publicorum appellata, *tom. 6. conf. 98. num. 8.*
Martyria quid propriè initio significabant, *ibid.*
Quid postea, *ibid.*
Martyrium & confessio, an idem, *ibid. num. 9.*

Quid sit propriè Martyrium, *consult.* 101. *num.* 1. Qui veri martyres, *ibid.* & *num.* 10. & 11.
Quæ ac quot ejus conditiones, *ibid. num.* 2. & *seq.*
An sit necessarium, ut mors sit ab alio illata, *ibid. num.* 12.
Martyrum memoria quomodo à Christianis colatur, *tom.* 10. *consult.* 50. *n.* 49. & *seq.*
An Martyr adstrictus sit ad certi alicujus motivi honesti usurpationem, *tom.* 10. *cons.* 164. *n.* 1. *ac* 9. & *seq.*
Virtutum omnium certamen inter se contendentium, quænam in opere Martyrii primatum habeat, *ibid. à num.* 2. & *seq.*
Martyres vindicati, *tom.* 10. *consult* 92. *n.* 1. & 2.
Quomodò implorabantur, *ibid. num.* 2.
Et quatenus, *ibid. num.* 3.
Causa motiva canonizandi martyrem, *tom.* 10. *cons.* 195. *num.* 3.
Martyrium tam bonis, quàm malis commune, *ibid. num.* 4.
Martyrii causa extrinseca, & finalis, *ibid.*
Martyrii pro Christo privilegium, *ibid. num.* 5.
An martyr sine miraculis canonizari possit, *ibid.*

MARTYROLOGIUM, Vid. *Sancti, Canonisatio.*

Quanti facienda sit descriptio in Martyrologio Romano ad effectum Canonizationis, *tom.* 4. *consultat.* 61.
Quod argumentum pro Canonizatione sumi possit à Martyrologio, *ibid. num.* 1.
Ejus acta ad quem finem proponantur, *ibid.*
An omnia, quæ in eo continentur, sint indubitatæ fidei, *ibid. num.* 2. & 3.
An, & quatenus aliqui describi possint in Martyrologio Romano, uti jam excepti ab Ecclesia Romana pro Sanctis Canonizatis, *tom.* 4. *consult.* 63. *à num.* 1.
An imprimendum cum additione Beatificatorum, *ibid. num.* 4. & 19.
In eo descripti aliquando non Canonizati, *ibid. num.* 5. Et cur, *ibid.*
Quid de illis, quibus fuit olim exhibitus cultus publicus in Ecclesiis Regularium, *ibid. num.* 7.
Quidve de illis, qui communiter habiti sunt pro Sanctis Canonizatis, *ibid. num.* 8.
Quinam Sancti in ipsum referri possint, *ibid. num.* 3. & *seq.*
Quid si reperiantur descripti in aliis Martyrologiis, *ibid. num.* 14.
Solum Martyrologium Romanum sufficientem habet fidem, & authoritatem, *ibid. num.* 14. & *consult.* 87. *num.* 9.
Alia Martyrologia quam probationem faciant, *ibid.*
Quid de Sanctis antiquis, *ibid. num.* 19. & *seq.*
An & quatenus apparitiones Christi, B. Virginis, Angelorum, & hujusmodi viris Sanctis factæ, describi possint in Martyrologio Romano, *tom.* 4. *consult.* 64. *à num.* 1.
Ubi requisita & cautiones, *ibid. à nu.* 4.
An ex Martyrologio perneccesse probetur negativa, *tom.* 4. *cons.* 87. *nu.* 9.

MATER.

An & quatenus mater possit suis filiis eligere sepulturam, *tom.* 7. *cons.* 21. *à nu.* 4.
Probatio per assertionem matris in materia filiationis sæpè est mendax, *tom.* 7. *consult.* 40. *num.* 1.
An & quatenus credatur matri filium ejus esse spurium, *ibid. à num.* 2.
Spurius non tenetur credere matri asserenti ipsum esse spurium, *ibid.*
Etiam juranti, & in articulo mortis constitutæ, *ibid.*
Et quatenus, *ibid.*
Licet se cognoscat adulteram, non tamen potest semper cognoscere quod filius natus sit ex adulterio, *ibidem num.* 3.
Mater occidens filium infantem, vel procurans abortum fœtus animati, an privetur immunitate, *tom.* 9. *consult.* 18. *num.* 20.
Mater venit appellatione parentum, *tom.* 9. *consult.* 80. *num.* 1.

MATHEMATICI.

Eorum admiranda, *tom.* 4. *consultat.* 108. *num.* 10. & *seq.*

MATRIMONIUM, Vid. *Conjux, Testes, Sponsa, Dispensatio, Hærens, Hæreticus, Impedimentum, Gratia, Tempus, Episcopus.*

Matrimonium carnale procedit à pari cum matrimonio spirituali, *tom.* 1. *consult.* 34. *num.* 6. *consult.* 146. *num.* 54.

MATRIMONIUM, Vid. *Hæresis, Pontifex, Parochus.*

An & quatenus requirat decretum super cohabitatione triennali ad effectum dissolutionis, *tom.* 1. *cons.* 56. *ab initio.*
A quo tempore triennium computetur, *ibid.*
Ut dissolvatur, quid requiratur, *ibid. num.* 2.
Quando sit locus abbreviationi termini, *ibid. nu.* 5.
Quid si conjuges perhorrescant novam cohabitationem, *ibid. num.* 6.
Quid illud sit, *tom.* 1. *cons.* 115. *num.* 5.
Ejus unitas, *ibid. num.* 1.
Transiens ad secundum matrimonium absque certa, & explorata cognitione, ac scientia mortis alterius conjugis, punitur ab Inquisitoribus, *ibid. nu.* 15.
Ut matrimonium secundum contrahatur, quid necesse sit, *ibid.*
Metu contractum quomodo convalidetur, *tom.* 1. *cons.* 146. *num.* 24.
Quo pacto ignorantia impedimenti dirimentis illud irritet, *ibid. num.* 54.
Ejus dissolutio an, & quomodo concedenda, *tom.* 1. *tota cons.* 148.
Ut dissolvatur ratione impotentiæ, requisita, *ibidem numer.* 2.
Cohabitatio triennalis quatenus observari possit, *ibid. num.* 3.
In matrimonio rato potest dispensari, *ibid. num.* 4. & *seq.*
Quando dicatur completum, *ibid.*
In ejus dispensatione ex auctoritate ordinaria semper requiritur causa, *ibid. num.* 7.
Qualis hæc causa esse debeat, *ibid. num.* 8. *ac* 9.
Impotentia ex se an sit causa sufficiens ad illud dirimendum, *ibid. num.* 1. *ac* 12.
Impotentiæ signa cujus generis esse debeant, ut illud dissolvatur, *ibid. nu.* 13. & *seq.*
Ejus dispensatio quibus ex causis haud difficile concedenda, *ibid. ac num.* 15.
Concedenda in forma commissaria, *ibid. num.* 23.
Quòd non fuerit consumatur, quodque adhuc adsit impotentia, quibus probationibus probandum, *ibid. num.* 22.
Ejus causæ committi solent ordinariis, *ibidem num.* 23.
Potest dari, quòd reputetur validum in foro externo, sitque invalidum in foro conscientiæ, *tom.* 1. *consult.* 151. *num.* 5.
Quo pacto illius irritatio in foro externo sit valida, *ibid. n.* 6
Bifariam considerari potest, *ibid. num.* 7.
Ut contractus civilis est, quomodo, & à quibus irritari queat, *ibid. ac num.* 18.
Quid si quis illud irritaret simpliciter, nulla facta distinctione, *ibid. ac num.* 18.
An ut matrimonium clandestinum irritetur debeat fieri mentio Concilii Tridentini, *ibid. num.* 9.
An verò sufficiat, quòd habeatur illius mentio relativa, *ibid. nu.* 11. & 27.
Ejus irritatio in foro conscientiæ valida, *ibid. num.* 12.
Quid in eo attendendum, *ibid.*

Clan-

Clandestinum an sit validum in foro conscientiæ, *ibid.*
Et quomodo, *ibid. num.* 13. & 17. *ac* 36.
Invalidum quando tolerari possit, *ibid. num.* 14.
In ejus materia Sacri Canones varii, contrariique, *ibid.*
Inferior Papæ jus non habet illud irritandi, *ibid. num.* 17. *ac* 19.
Matrimonium datur inter infideles, *ibid. num.* 18.
Consideratum ut Sacramentum quis illud irritare possit, *ibid.*
Cur inter infideles sit dissolubile, *ibid. num.* 18.
Secus inter fideles, *ibid.*
In eo forma S. Concilii Tridentini an possit adimpleri per æquipollens, *ibid.*
Defectus benedictionis illud non irritat, *ibid. & n.* 34.
In rato & consumato non potest admitti tolerantia ratione scandali, *ibid. num.* 37. *ac seq.*
Quid in hoc casu agendum, *ibid. num.* 52.
Exemplum ejus rei, *ibid. num.* 57.
Quis possit examinare testes pro ejus libertate, *tom.* 1. *cons.* 370. *num.* 1.
Est celebrandum coram Parocho, non coram Capellano hospitalis expositarum, *tom.* 1. *cons.* 398. *num.* 1.
Matrimonium in faciem Ecclesiæ celebratum, & consumatum, putatumque nullum ex defectu consensus, an ex consilio, ac sententia extrajudiciali Theologorum possit dissolvi ab ipsis contrahentibus, *tom.* 2. *cons.* 33. *per totam.*
In ejus impedimentis an, & quatenus Episcopus dispensare possit, *ibid. num.* 4.
Etiam impedimentis dirimentibus, *ibid.*
Quid de impedimentis occultis, *ibid. num.* 8.
Quidve in casu, quòd conjuges scienter contrahant intra gradus prohibitos, *ibid. num.* 12.
Sufficit bona fides alterius ex conjugibus, ut Episcopus possit dispensare, *ibid. num.* 14.
Quibus circumstantiis, ac legibus dispensare possit Episcopus in impedimentis matrimonii, *ibid. num.* 15.
Summus Pontifex tollere potest quodcunque impedimentum, jure positivo constitutum, *tom.* 3. *consult.* 33. *num.* 15.
Etiam post mortem alterius ex conjugibus, *ibid.*
Et ad quem effectum, *ibid.*
An etiam quoad valorem Sacramenti, *ibid.*
Matrimonium ratum quo pacto, atque jure per solemnem Religionis professionem alterius conjugis dirimatur, *tom.* 3. *consult.* 41. *num.* 11.
Quid de consumato, *ibid. num.* 14.
Et quibus conditionibus, *ibid. & num. seq.*
Exempla Sanctorum, *ibid.*
Ac praxis Ecclesiæ, *ibid.*
Cur id potiùs obtinuit Religionis professio, quàm Ordinum susceptio, *ibid. num.* 13.
An à decreto Episcopi, quòd celebretur matrimonium possit appellari ad Metropolitanum, *tom.* 3. *consult.* 57. *num.* 4. *per totam.*
Ubi quid si Episcopus procedat etiam uti delegatus.
Ejus causæ quatenus sint ex majoribus, *ibid.*
An, & quatenus causa matrimoniis in Ecclesia, *tom.* 4. *consult.* 7. *num.* 4. *& seq.*
Non potest circa matrimonium Princeps sæcularis leges condere, *ibid. num.* 6.
In quibus ejus causæ subjiciantur judicio sæculari, *ibid. num.* 7.
In quibus, & incidenter judicio Ecclesiastico, *ibid.*
Quid de ejus quæstione facti, vel juris, *ibid.*
An, & quatenus impediri possit à Judice, ne contrahatur cum muliere, vel viro impatis conditionis, *tom.* 4. *consult.* 11. *à num.* 1.
Ad hoc remedia, *ibid.*
Illud contrahere cum magno scandalo est lethalis culpa, *ibid. num.* 2.
Ejus finis præcipuus, *ibid. n.* 4. *& seq.*
Quomodo sit liberum, *ibid. num.* 7. *& seq.*
Ad quot gradus ejus impedimenta olim extensa, *tom.* 4. *consult.* 165. *num.* 1.
Et ad quot nunc possit Pontifex illa extendere cum descendentibus à Iudæis, vel Mahumetanis, *ibid.*
Ejus impedimenta inter certas personas, *ibid. & n. seq.*
An, & quatenus matrimoniis Catholicorum cum hæreticis possint Parochi assistere ritu catholico, *tom.* 4. *cons.* 185. *num.* 1.
Episcoporum, ac Nunciorum Apostolicorum ad id partes, *ibid. num.* 2.
An tolerari possit, quòd mariti, aut uxores, in captivitate existentes apud Turcas, si nihil de vita, aut morte conjugum audiverint, ad secundas transeant nuptias ex eo, quòd timeatur à fide deficere, ac recurrere ad ministros hæreticos, *tom.* 3. *cons.* 189. *à num.* 1.
De dissolutione matrimonii infidelium ad fidem conversorum, *ibid. à num.* 6.
Ut possit conjux ad secundas nuptias transire, quid requiratur, *ibid. num.* 1. & 2.
An in hoc habeat amplius locum bona fides, si contrahatur absque certitudine mortis alterius conjugis, *ibid. nu.* 3. *ac seq.*
A quibus puniendus sit conjux, transiens ad secundum matrimonium absque certitudine mortis alterius conjugis, *ibid. num.* 5.
Matrimonium infidelium an, & quatenus dirimatur conversionem alterius, vel utriusque conjugis, *ibidem num.* 6.
Quæ voluntas conjugis infidelis requiratur, ut infidelis conversus contrahere possit aliud matrimonium cum fideli, *ibid. num.* 7.
An requiratur dispensatio, *ibid.*
An sufficiat sola locorum distantia, *ibid.*
Quid in hoc olim fuerit observatum, & quid modò observandum, *ibid. & num. seq.*
Ubi praxis hac in re de jure servanda.
An permitti debeant matrimonium mulierum Catholicarum cum viris schismaticis, *tom.* 4. *consult.* 139. *num.* 1.
Quando id permissum, *ibid. num.* 1. *& seq.*
Quomodo tolerentur, *ibid. num.* 3.
Quomodo in hac re se gerere debeat Episcopus, *ibid.*
Matrimonii bonum, *ibid. num.* 4.
Inter fidelem, ac infidelem nullum potest esse matrimonium, *tom.* 4. *consult.* 143. *num.* 1.
Et quo jure, *ibid.*
Quatenus inter hæreticos, atque inter ipsos & catholicos à Parochis Catholicis celebrandum, *ibid. num.* 29. *& seq.*
De matrimonio contracto inter Græcos, & Latinos coram Parocho Græco, *ibid. num.* 31.
Sine præsentia Parochi quibus in locis non valeat, *ibid. num.* 32.
De examine testium super statu libero non committendo, *ibid. num.* 33.
Sæcularis celebrans matrimonium uti Parochus, à quo puniendus, *ibid. num.* 34.
Quomodo possit dispensari cum hæretico super matrimonio rato in favorem secundi consumati, *ibid. num.* 35.
Illud contrahens cum commatre à quo puniendus, *ibid. num.* 36.
Quomodo itidem puniendus illud contrahens loco cum Moniali *ibid. num.* 37.
Matrimonium ratum non consumatum cum hæretico, & catholica valet, *ibid. num.* 38.
Conjuges Catholici, qui coram Parocho, & testibus celebrarunt matrimonium, quatenus peccent, si iterum metu pœnæ illud contrahant coram ministro hæretico, *ibid. n.* 39.
An matrimonium præsentibus, sed contradicentibus Parocho, testibus, & Parentibus viri, vel mulieris contractum, sit validum, *tom.* 4. *cons.* 147. *num.* 1.
Et quid prohibente Episcopo, quave pœna puniendi, *ibid. num.* 12.

Ubi ad id remedia.
Ad ejus validitatem quid sufficiat, *ibid. nu.1. & seq.*
In matrimonio filiorum, ut validè contrahatur, nullus requiritur Parentum consensus, *ibid. nu.6. & seq.*
Ac etiam ut licitè, *ibid. num. 10.*
Obligatio ad illud contrahendum oritur ex sponsalibus, *ibid. num. 9.*
Quale jus in hac materia sit attendendum, *ibid. num.10.*
Promittens matrimonium contrahere quibus pœnis cogi possit ad contrahendum, *ibid. num. 11.*
Pœnæ in contrahentes, invito Parocho, ac testibus, & non præmissis publicationibus, *ibid. num.13. & seq.*
Ubi de matrimonio clandestino fusè.
Ac de pœnis contra Parochos, ac testes, matrimonio sine publicationibus, & contra interdictum Ecclesiæ, interessentes, *ibid. cum sequentibus latè.*
Alia, *tom. 2. consult. 70.*
Causæ matrimoniales, etiam uxorum à suis maritis fugientium an spectent ad Judicem Ecclesiasticum, *tom. 5. consult. 2. nu. 35.*
Et quid inter Judæos, *ibid.*
De matrimonio celebrato coram alieno parocho cum licentia proprii ordinarii dolo extorta cum errore nominis ac personæ unius ex contrahentibus, *tom.5. cons. 78. à num. 1.*
Forma substantialis contrahendi matrimonium, *ibid.*
De matrimonio contracto coram Parocho, seu ordinario loci originis unius ex contrahentibus, ad quem contrahentes se transtulerunt non animo ibidem domicilium contrahendi, sed recuperandæ sanitatis gratia, vel ex alia simili causa temporali, *tom. 5. consult. 79. à num 1.*
An coram Parocho ruris, ad quod quis se transfert recreationis causa, vel ut ruralia exerceat, possit validè matrimonium celebrari, *ibid. à n. 1.*
De Parocho quoad matrimonia schismaticorum, & hæreticorum, *ibid. à num. 7.*
Ad validitatem matrimonii requiritur contrahentium domicilium, *ibid. num. 1.*
Et Parochorum domicilium, *ibid.*
Quid de Parocho loci originis, *ibid. & n. seq.*
Qui Parochus proprius, *ibid. num. 2.*
Ad hunc effectum an & quatenus censeatur proprius parochus parochiæ, in qua contrahentes inhabitant, etiamsi ad dictam habitationem se transtulerint, vel ab ea animum recedendi haberent, *ibid. num. 3. & seq.*
Sufficit, quod adhibeatur Parochus alterius ex contrahentibus, *ibid. num. 13. & seq.*
Quid de matrimonio celebrato in parochia mulieris coram Sacerdote habente licentiam à Parocho viri, præsertim quando Parochiæ viri, ac mulieris sunt in diversis diœcesibus, *ibid. n. 18.*
Quidve si Parochus coram quo matrimonium celebratur, consentire nolit, quinimo etiamsi expressè celebrationi matrimonii dissentiat, *ibid. n.19.*
Sique Parochus, ac testes interfuerint metu, vi, aut fraude *ibid.*
Ac si Parochus sit præsens, nec aliquo ministerio fungatur, vel aliquid loquatur, *ibid.*
Debet tamen præsens adhiberi, ut Parochus, *ibid.*
Et etiamsi in parochia unius ex contrahentibus non esset publicatum Concilium Tridentinum, & ibi coram Parocho contractum sit matrimonium, non servata forma S. Concilii, licet in parochia alterius Concilium esset publicatum, *ibid. nu. 1. & seq.*
An matrimonium valeat, si vir, qui erat unius parochiæ, in qua erat decretum S. Concilii Tridentini publicatum, accessit ad mulierem alterius parochiæ, in qua nec Concilium, nec dictum decretum fuerat publicatum, ubi per verba de præsenti duxit illam in uxorem sine præsentia Parochi, *ibid. num. 23.*
Quoad celebrationem in loco contracti matrimonii an alter contrahentium debeat esse subjectus illius Parochi jurisdictioni, *ibid. num. 24. & seq.*
Formam Concilii an & quatenus observare teneantur schismatici, ac hæretici matrimonium contrahentes, *ibid. num. 26.*
Matrimonium cum schismatico, & hæretico est verum matrimonium, *ibid. num. 26.*
Quid de matrimonio hæretici cum hæretica, si sint incolæ loci, ubi Concilium Tridentinum non videatur receptum, *ibid. num. 32. & seq.*
Quid de militibus hæreticis, ac mulieribus illos sequentibus, *ibid. num. 34.*
Ac de iis, qui retinent domicilium originis, vel quodvis aliquod ac quisitum, sed de præsenti vagantur, nec habent domicilium habitationis, *ibid.*
In quibus parochiis facienda sit publicatio decreti Concilii Tridentini, *ibid. num. 35. & seq.*
Quando præsumatur, publicationem fuisse factam, *ibid. n. 6. & seq.*
Quid requiratur, ut præsumatur facta, *ibid. n. 43.*
De qualitate habitationis requisitæ, ut quispiam dici possit alicujus parochiæ parochianus, *ibid. n. 44.*
Est indissolubile etiam inter infideles, *tom. 6. conf. 16. n.18. & seq.*
Matrimonium infidelium an possit dissolvi authoritate Principis, cui subjiciuntur, *ibid.*
In quo casu inter infideles dissolvatur, *ibid.*
An authoritate Pontificis, *ibid. n.9.*
De matrimonio leprosorum, *ibid. nu.10.*
Quæstio de matrimonio quando ventilanda, *tom. 6. conf. 100. num. 15.*
Cujus sit in impedimentis matrimonii dispensare, ac de causis dispensandi, *tom. 7. conf. 22. à num. 7. & tom. 8. consult. 111. à num. 1.*
Jure naturali prohibetur, quod fini matrimonii repugnat sive primario, sive secundario, *ibid. n. 1.*
Nullus gradus est, in quo matrimonium ita sit intrinsecè malum, in quo Deus dispensare nequeat, *ibid.*
An tamen id conveniat, *ibid. nu. 2.*
Jus naturæ vetat conjunctionem in primo gradu in linea recta, *ibid.*
Nullo jure homo in primo gradu in linea recta dispensari potest, *ibid. num. 3.*
Quid de primo gradu transversali consanguinitatis, *ibid.*
Et an ab ullo Pontifice in hoc gradu dispensatio unquam facta sit, *ibid. & nu seq.*
Quid quoque de primo affinitatis gradu in linea recta privigni cum noverca, vitrici cum privigna, generi cum socru, atque soceri cum nuru, *ibid. num .5.*
Primus affinitatis gradus in linea transversa minimè jure naturæ prohibitus est, *ibid. num. 6.*
In hoc gradu per Ecclesiam sæpius dispensatum esse, legimus, *ibid.*
Primus affinitatis gradus in linea transversa, & secundus ac tertius quoque gradus consanguinitatis in eadem transversa linea non jure naturæ, sed Mosayco Judæis vetabantur, *ibid. num. 6.*
Et sub qua pœna, *ibid.*
Hi gradus usque ad quartum gradum tantum jure Canonico nunc prohibentur, & ex causa in eis dispensatur, *ibid.*
In omnibus impedimentis matrimonii Ecclesiastico jure, vel Christiani populi more constitutis Romanus Pontifex dispensare potest, *ibid. n. 7.*
Inter Christianos contractus legitimus matrimonii à Sacramento matrimonii non separatur, *ibid.*
Matrimoniales causas ad quem pertineat judicare, *ibid.*
Causæ dispensandi ex praxi Datariæ, *ibid. à num. 8.*
De impedimento voti solemnis ac ordinis, *ibidem num. 9.*
De impedimentis cognationis carnalis, *ibid. n. 10.*
De multiplicatione graduum in eadem dispensatione, *ibid. num. 11.*

De

De dispensationibus de majori, ac de minori, *ibidem. num.* 12.
De dispensatione super impedimento cognationis spiritualis, *ibid. num.* 13.
De dispensatione in secundo gradu, aut primo, & secundo, *ibid num.* 14.
De dispensatione super impedimentis publicæ honestatis, & criminis, aut inhabilitatis ex rescripto, *ibidem. num.* 15.
Super impedimento inhabilitatis inductæ à summo Pontifice in aliquo præcedenti rescripto, *ibid. num.* 16.
Expensæ variant, *ibid. num.* 17. *ac seq.*
Et ad id animadversio, *ibid.*
De causa ob angustiam, *ibid. num.* 19.
De causa propter dotis incompetentiam, *ibid. num.* 20.
De causa pro indotata, *ibid. num.* 21.
De causa propter ætatem, *ibid. num.* 22.
De causa propter inimicitias, *ibid. num.* 23.
De causa ad componendas lites, *ibid. num.* 24.
De causa propter hæresim, *ibid. num.* 25.
De causa ad evitanda scandala, *ibid. num.* 26.
De dispensationibus cum supradictis causis cum absolutione tum pro divitibus, tum pro miserabilibus, *ibid.*
Pro miserabilibus quid requiratur, *ibid.*
De impedimento raptus, *ibid. num.* 27.
Conceduntur aliquando dispensationes sine aliqua causæ expressione, *ibid. num.* 28.
Quando expediantur in forma pauperum, & miserabilium, *ibid. num.* 29.
Animadversiones in hanc rem, *ibid.*
De impedimento cognationis spiritualis, *ibid. num.* 30.
De compositione & expensis dispensationum, *ibid. num.* 31. *& seq.*
Executiones dispensationum quibus committantur, *ibid. num.* 32. *& seq.*
In hac re cautiones, *ibid.*
Impedimenta consanguinitatis, & affinitatis à quo gradu computentur, *ibid. num.* 34.
Errores commissi in dispensationibus quomodo corrigendi, *ibid. num.* 35.
In linea transversa gradus aliter numerantur à jure civili, aliter à jure Canonico, *ibid. num.* 44.
Cur graduum supputatio non se in infinitum extendat, *ibid. num.* 45. *& seq.*
Quos, quotue gradus lex divina impedire constituerit, *ibid. num.* 47.
Cur gradus restricti ad quartam generationem, *ibid. num.* 48.
De vagorum matrimoniis quoad praxim probandi eorum statum liberum, *tom.* 7. *consult.* 23. *à num.* 1.
An liceat conjungere matrimonio Catholicos, qui obnoxii sunt publicis pœnis hæreticorum, *tom.* 7. *consult.* 41. *num.* 4.
An & quatenus Sacerdos permittere possit Catholicos jam in facie Ecclesiæ matrimonio junctos, coram ministro hæretico denuò contrahere, *ibid. num.* 6. *& consult.* 55. *num.* 1.
An liceat conjungere matrimonio hæreticos sub promissione evadendi Catholicos, *tom.* 7. *consult.* 55. *num.* 14.
An sit concedenda facultas dispensandi super impedimentis matrimoniorum in secundo, & ab altero in tertio affinitatis gradu coram Turcarum Judice contractorum, *tom.* 7. *consult.* 56. *num.* 1.
Matrimonium eorum, qui dimissa, vel expulsa, vel spontè abeunte prima, ac etiam secunda uxore, tertiam accipiunt, quatenus dicendum sit legitimum, *tom.* 7. *consult.* 57. *num.* 2.
Matrimonium contractum inter schismaticos & Catholicos est verum matrimonium, *ibid. num.* 7.
Est indissolubile, *ibid.*
Matrimonium contractum inter Catholicos coram Parocho græco schismatico quatenus validum, *tom.* 7. *consult.* 26. *à num.* 1.
Quæ præsentia Parochi, ac testium ad ejus validitatem requiratur, *ibid.*
Quid si celebretur coram Parocho schismatico, *ibid. num.* 2.
An matrimonium pueri, qui vix attingens annum nonum puellam annorum septem in Sacramento chrismatis tenuerat, & postea hujus rei immemor, eam in matrimonium duxit, sit validum, *tom.* 7. *consult.* 93. *num.* 8.
An valeat matrimonium contractum coram Parocho prima tonsura initiato, & intra annum ad Sacerdotium non promoto, *tom.* 8. *consult.* 24. *n.* 1. *& seq.*
Matrimonium irritè propter impedimentum dirimens bona fide contractum cum dispensatione ordinarii, facultatem ad id non habentis, si per summum Pontificem convalidetur, quatenus debeat iterùm coram Parocho, & testibus contrahi, *tom.* 8. *consult.* 27. *à num.* 1.
Quid si contractum fuerit cum impedimento occulto, *ibid. num.* 2.
Quidve si Parochus & testes non ignoraverint hujusmodi impedimentum, *ibid. num.* 3.
Quidve si res sit publica, *ibid. num.* 4. *ac seq. & num.* 10.
Conciliantur decreta, *ibid. à num.* 9. *& seq.*
Quid servandum pro conscientiarum tranquillitate, *ibid. num.* 12. *& seq.*
In id considerationes, *ibid. num.* 14.
Matrimonium inducit irregularitatem in Ecclesia latina, *tom.* 8. *consult.* 63. *num.* 3.
Quid in Ecclesia græca, *ibid.*
Quid de Lectoribus, & Cantoribus in Ecclesia catholica, *ibid. num.* 4.
Et generaliter in minoribus ordinibus, *ibid.*
Differentia in hoc inter Latinos & Græcos, *ibid. à num.* 1. *& seq.*
Quomodo amittatur jus petendi debitum matrimoniale, *ibid. num.* 18. *& seq.*
Quibus pœnis puniatur Clericus in sacris constitutus, & Regularis castitatem solemnem professus, matrimonium contrahentes, *ibid. num.* 32. *ac seq.*
Hæretici, qui hoc negant, *ibid. num.* 33.
Sacræ litteræ, & Sancti Patres, qui id asserunt, *ibid. à num.* 34.
Quomodo dispensetur in matrimonio cum nece primæ uxoris, vel primi mariti, *tom.* 8. *consult.* 76. *num.* 2.
Ex conversione Judæi ad fidem Christianam, inscia ejus uxore, quatenus ejus matrimonium intelligatur solutum quoad vinculum, *tom.* 8. *consult.* 77. *à num.* 1.
Quid si professus fuerit Religionem, *ibid. à num.* 2.
An possit cohabitare cum uxore, *ibid. num.* 8.
Declaratio instructionis super statu libero matrimoniorum, *tom.* 8. *consult.* 79. *à num.* 1.
De probatione status liberi in amplissimis diœcesibus, *ibid. & num.* 7.
Iterùm de vagorum matrimonio, *ibid. num.* 2.
Æquitas in hac re, *ibid. num.* 9.
De Clericorum conjugio, *tom.* 8. *consult.* 81. *num.* 28. *ac seq. & num.* 32.
Eorumque votis, *ibid. ac num.* 33.
De dissolutione matrimonii rati quoad vinculum, uxore in remotissimis partibus degente, *tom.* 8. *consult.* 93. *num.* 24.
Cognitio validitatis matrimonii, ac sponsaliorum, ad quem Judicem pertineat, *tom.* 9. *consult.* 37. *num.* 15.
Ut quis transire possit ad secundum matrimonium quid requiratur, *tom.* 9. *consult.* 72. *num.* 9. *& seq.*
De pœnis contrahentium, ac celebrantium matrimonium clandestinum, *tom.* 9. *consult.* 133. *num.* 3. 4. *& 5.*
Quodnam sit matrimonium clandestinum, *ibid. & num.* 2. *& 5. ac seq.*
Præsumptio doli, ac comtemptus in hac re quomodo excludatur, *ibid. num.* 10. *& seq.*
Quando remitti possint, ac debeant publicationes matrimonii, *ibid. num.* 12.
In hac re datur locus appellationi, *ibid. num.* 13.

Domi contractum an dicatur clandestinum, *ibid. num.* 14.
Matrimonia clandestina vera fuerunt quamdiù illa Ecclesia irrita non fecit, *ibid. num.* 17.
Constitutio Papæ non potest inducere matrimonium sine consensu, *ibid.*
An Papa possit circa matrimonium nova impedimenta inducere, *ibid. num.* 17. *& seq.*
Matrimonium ratione, qua est Sacramentum, ad quem pertineat, *ibid. num.* 18.
An sicut in hoc Sacramento potest Pontifex facere, ac declarare actum nullum, ita in aliis Sacramentis id efficere valeat, *ibid. num.* 19.
An statutum civens, ut matrimonium sit nullum sine consensu parentum, valeat, *ibid. num.* 21.
Denunciationes matrimonii in quibus parochiis faciendæ, *ibid. num.* 23.
Omissio denunciationum non reddit matrimonium nullum, *ibidem.*
Si ultra parochum consuetudo introduxit, ut adsit licentia Vicarii Episcopi, retinenda est, *ibid.*
Post quod tempus reiterandæ sint hujusmodi denunciationes, *ibid. num.* 24. *&* 38.
Ad contrahendum matrimonium in facie Ecclesiæ materialis Concilium non cogit, *ibid. num.* 25.
Quæ verba requirantur ad substantiam matrimonii, *ibid. num.* 26.
Ordinarius in materia matrimonii quisnam intelligatur, *ibid. num.* 27.
Quæ sint causæ ad denunciationũ omissionem, *ibid. n.* 28.
Sufficit si parochus sit præsens, nec aliquo ministerio fungatur, aut loquatur, *ibid. num.* 29.
Debet tamen præsens adhibitus esse, ut parochus, *ibid. & num. seq.*
Declaratur matrimonium clandestinum, & pœna in illud contrahentes, *ibid. num.* 33. *& seq.*
Parochus præsens debet esse proprius, qui etiamsi invitus, ac per vim compulsus præsens adsit, matrimonium subsistit, *ibid. num.* 35.
Quo pacto dicatur præsens, & adhibitus, *ibid.*
Si contrahentes sint diversarum parochiarum, sufficit, si ad contractum matrimonii adhibeatur parochus sive viri, sive mulieris, *ibid. num.* 36.
An valeat matrimonium contractum coram proprio parocho, qui est notoriè fornicator, *ibidem, num.* 37.
Hodie sponsalia, sequuta copula, non transeunt in matrimonium, *ibid. num.* 39.
Qui proprius parochus, *ibid. num.* 40. Et qui licentiam alteri sacerdoti dare debeat, *ibid. num.* 41. *& seq.*
Super matrimoniis clandestinis nihil aliud innovandum, *ibid. num.* 50.
Clam contrahentes matrimonium possunt, si velint rursus contrahere publicè, ac servata forma Concilii Tridentini, *ibid. num.* 51.
An, & quibus in casibus iterùm contrahendum matrimonium validè, *ibid. & num. seq.*
An conjuges, qui coram parocho, & testibus contraxerunt per verba de præsenti sub conditione licita, purificata conditione, cogendi sint, iterùm coram parocho legitimè contrahere, *ibid. num.* 54. *& seq.*
An ex defectu formæ à Tridentino traditæ, oriatur naturalis obligatio inter contrahentes, *ibid. num.* 56.
Et an contrahentes contra dictam formam peccent mortaliter, non adimplendo suam promissionem, *ibid. num.* 57. *& seq.*
Quomodo se gerere debeat Episcopus cum iis, qui contraxerunt secundum matrimonium, non habito prius certo nuncio mortis eorum primi conjugis, *ibid. n.* 59.
Benedictio matrimonialis quando, ubi, & à quo danda, *ibid. num.* 60.
Non licet Episcopo edicto suo præcipere parochis, ne sine ejus licentia in scriptis sponsorum benedictioni interfint, & si comperiatur, sponsos ante benedictionem cohabitasse, eos punire valeat, *ibid. num.* 62.
An ob difficultatem exigendi id, quod à parocho datur ex laudabili consuetudine, possint ante benedictionem cogi conjuges ad illud deponendum, *ibid. num.* 63.
De pœna contra benedicentes conjuges sine licentia parochi, *ibid. num.* 66.
Qui Episcopus absolvere eos possit, *ibid. num.* 64. *&* 65.
De publicatione decreti Concilii Tridentini super reformatione matrimonii, *ibid. num.* 67.
Ut decretum Tridentini obliget, quod tempus sit attendendum, *ibid. num.* 68. Et quibus in locis, *ibid. & num.* 69. *& seq.*
Stuprum sponsi cum sponsa qua pœna puniendum, *ibid. num.* 72.
Qui proprius parochus, virine, an mulieris, *ibid. n.* 73.
Quatenus in privatis domibus matrimonia celebrari possint, *ibid. num.* 74.
Et quatenus Episcopus in denunciationibus dispensare possit, *ibid. num.* 75.
Ad validitatem matrimonii sufficit præsentia solius parochi sponsæ, *ibidem, num.* 76.
Licet dare Episcopo, & parocho pro solemnizandis matrimoniis munuscula, *ibid. num.* 77.
Matrimonium contractum contra formam decreti Tridentini irritari non debet, sed tantùm declarari, illud irritum esse, *ibid. num.* 78.
Qui parochus contrahentium alienigenarum, *ibid. n.* 79.
Quid sit necessarium, ut matrimonium validè contrahatur, *ibid. num.* 80.
Decretum Tridentinum an etiam annullet sponsalia, clandestinè contracta, *ibid. num.* 81.
A quo fieri debeant benedictiones matrimonii, *ibid. n.* 82.
Quomodo puniendi contrahentes, non præsente parocho, quomodo notarius, & testes, qui interfuerunt, *ibid. num.* 83.
Matrimonium contractum sine denunciationibus validum est, *ibid. num.* 84.
Qua pœna puniendi sint incestuosi, *ibid. num.* 85.
De cohabitatione, ac visitatione sponsi ante celebrationem matrimonii, *ibid. num.* 86.
Non prohibetur denunciare matrimonia temporibus quibus vetantur celebrari solemniter matrimonia, *ibid. num.* 87.
Nequit Episcopus prohibere, ne solemnizentur matrimonia sine sua licentia in scriptis, *ibid. num.* 88.
Neque recipere juramentum à sponsis, ne ante benedictionem se carnaliter cognoscant, *ibid. num.* 90.
Quando Episcopus remittere possit denunciationes, *ibid. num.* 91.
Non debet retardari sacramentum matrimonii iis, qui nesciunt principia fidei, *ibid. num.* 92.
An, & quatenus matrimonium sub conditione, si mulier haberet decem millia, contractum sit validum, *tom. 9. consult. 136. à num.* 1.
In dubio standum est pro matrimonii validitate, *ibid. num.* 2.
Quæ conditio reiiciatur à contractu matrimonii, *ibid. num.* 5.
Quid agendum sit, si mulier post matrimonium contractum dicat, se metu consensisse, metumque probet, *ibid. num.* 7. *& seq.*
Quidve pariter agendum, si vir post contractum matrimonium dicat, se id egisse non animo contrahendi, sed decipiendi fœminam, *ibid.*
Et quid de eo, qui dixit, se coram parocho & testibus consensisse animo decipiendi fœminam *ibid. num.* 9.
Procedit à pari cum professione regulari quoad libertatem, *ibid. num.* 10.
Si dolus dederit causam contractui, matrimonium est nullum, *ibid. num.* 15.
Quando error fortunæ excludat consensum in matrimonio, *ibid. num.* 17.
Quæ probationes requirantur, ut matrimonium probetur validè contractum, *ibid. num.* 18.
De matrimonio cum mutatione nominis, & cognominis, & qualitatis personæ, *ibid. num.* 19.

An

An valeat matrimonium, si desit aliquis dies ad complendam ætatem præfinitam, *tom.* 10. *consult.* 11. *n.* 38.
Quomodò id intelligatur, *ibid. & num. seq.*
Præpositus, etiam exemptus, non potest cognoscere causas matrimoniales, *tom.* 10. *consult.* 67. *num.* 19.
An, & quatenus Episcopus, ac Civitas in causâ matrimonii suspicionem faciant, *tom.* 10. *consult.* 140.
Quatenus sit locus restitutioni mulieris suo prætensò marito, *ibid. num.* 8.

MEDIA.

Sequuntur finem, *tom.* 2. *consult.* 26. *num.* 29.
Cui competat de illis judicare, *ibid.*
Eaque ordinare, *ibid.*
Quando censeantur concessa, *ibid.*

MEDIATORES.

Quando mediatoribus fides sit adhibenda, *tom.* 2. *consult.* 53. *num.* 16. *ac* 20. *&* 21.

MEDICUS. Vid. *Monialis.*

An Ecclesiastici, & quatenus teneantur contribuere pro mercede medici Universitatis, *tom.* 3. *consult.* 25. *num.* 5.
Declarationes ad id Sacræ Congregationis, *ibid.*
An teneantur contribuere viventes cum Ecclesiasticis, *ibid.*
Medico, cui ex publico salarium præstatur, ab ægris, etiam, ultrò offerentibus accipere quicquam non potest, *tom.* 4. *consult.* 75. *num.* 37.
Medicis tamquam peritis in arte sua credendum, *tom.* 7. *consult.* 26. *num.* 2.
Præcipuè in peritia sanationum, quæ miraculo adscribuntur, *ibidem.*
Ut quis dicatur medicus, quid requiratur, *tom.* 8. *consult.* 144. *num.* 3.

MEDIOLANENSES.

An verè extet indultum pro Mediolanensibus, quod causæ omnes Ecclesiasticæ in omni instantia committi debeant à Romana Curia Judicibus ditionis Mediolanensis in beneficium, & commodum litigantium, *tom.* 9. *consult.* 50. *num.* 16.
Fuit personale, *ibid.*

MELANCHOLIA, Vid. *Energumenus, Abstinentia.*

An sit causa longissimæ abstinentiæ, *tom.* 4. *consult.* 43. *num.* 92.
Non potest cedere in alimentum, *ibidem.*

MELITENSES.

An comprehendantur in Constitutione Urbani VIII. contra Italos clericali charactere insignitos cum falsis dimissoriis, *tom.* 8. *consult.* 37. *à num.* 1. *&* 4. *ac seq.*
An sint Europæi, an verò Africani, *ibid. num.* 1. *ac seq.*
An Insulani Italiæ adiacentes, *ibid. num.* 2.
Sunt extra Italiam, *ibid. num.* 4.
Melita in odiosis, an veniat nomine Italiæ *ibid. num.* 6. *& seq.*

MEMBRA.

Non sunt separanda à capite, *tom.* 4. *consult.* 26. *num.* 20.
Quomodo id intelligendum, *ibid. num.* 34.

MENDACIUM.

Est fornicatione majus, *tom.* 4. *consult.* 75. *num.* 16.
An unquam illud dixerint servi Dei, & quomodo, *tom.* 4. *consult.* 43. *num.* 71. *& seq.*

MENDICANTES, Vid. *Præcedentia, Religio, Prædicatores, Pauper.*

Eorum præcedentia quomodo dirigenda, *tom.* 4. *consult.* 19. *num.* 1.
Cuinam ex Religionibus mendicantibus debeatur præcedentia, *tom.* 4. *consult.* 191. *num.* 1.
Regulares Mendicantes quatenus teneantur contribuere seminariis, *tom.* 7. *consult.* 9. *num.* 14.
Eorum privilegia, quæ temporalitatem concernunt, revocata, *ibid.*
Mendicantium Ordinum initia, *tom.* 8. *consult.* 43. *n.* 90.
Approbati, *ibid. num.* 9.
Cur ab omnibus Dominicani præponantur, *ibid. num.* 92.
Subdebantur Episcopis, *ibid. num.* 93.
Exempti ab ordinariorum jurisdictione, etiam ratione delicti commissi, contractus initi, ac rei existentis extra locum exemptum, *ibid. num.* 94.
In quibus casibus subiiciantur Episcopis, *ibid. à num.* 99.
De privilegiis concessis à B. Pio V. Mendicantibus, *ibid. num.* 134.

MENS. Vid. *Verba.*

Mens Principis præsumitur juri consona, *tom.* 2. *consult.* 6. *num.* 2.

MENSIS.

An dicatur aliquid fieri intra duos menses, quod paulò ante sit, *tom.* 9. *consult.* 156. *num.* 5.
Satis aliquid dicitur factum intra duos menses, si factum fuerit tantùm uno die ante, *ibid.*
Duo menses assignati à Tridentino pro faciendis donationibus à Novitiis computandi sunt de momento ad momentum, *ibid. num.* 6. *&* 7.
Requiruntur pro forma, *ibid. num.* 10.

MENSURA.

Mensura rebus à magistratu sæculari imposita an servanda, & quo pacto ab Ecclesiasticis, *tom.* 2. *consult.* 34. *num.* 22.

MERCATORES, MERCATURA Vid. *Clericus.*

Cur possint carius vendere, *tom.* 2. *consult.* 34. *num.* 19.
Non licet eis uti signo, ab aliis antea occupato, *tom.* 3. *consult.* 52. *num.* 7.

MENDICUS, Vid. *Pauper.*

Qui dicatur exercere mercaturam, *tom* 5. *consult.* 46. *num.* 52.
An ex objecto, vel circumstantiis mala, *tom.* 5. *consult.* 84. *num.* 1.
Quomodo necessaria, *ibid.*
Ingredientes Religionem, retinent nobilitatem pristinam, *ibidem.*
De nobilibus exercentibus mercaturam, *ibidem.*
Patriarchæ mercatores, *ibid.*
Veteres Ascetæ, *ibid. num.* 2.
De pharmacopolis, etiam monachis, *ibid. num.* 3.
Mercatores à gradu nobilitatis ejecti, *ibid. num.* 11.
Nisi statuto aliud caveatur, *ibidem.*
Onera pro mercibus solvenda sunt, etiamsi mercatura à Clericis exerceatur per alios, *ibid. num.* 26.

MERETRICES, Vid. *Ecclesia.*

An, & quatenus possint meretrices ab honestis locis expelli, *tom.* 4. *consult.* 77. *num.* 4. *& seq.*
Quatenus tolerentur, *tom.* 7. *consult.* 81. *num.* 11.
Quænam mulier dicenda sit meretrix, *tom.* 9. *consult.* 28. *num.* 26.

MERITA.

Merita majorum pœnam delinquentibus minuere, ac remittere possunt, *tom.* 9. *consult.* 13. *num.* 2. 16.

METROPOLITANUS, Vid. *Appellatio, Archiepiscopus, Synodus.*

An à provisione, seu decreto metropolitanæ audientiæ, tam in causis civilibus, quàm criminalibus indistinctè, detur appellatio, etiam suspensiva, *tom.* 1. *cons.* 2. *à n.* 1.
An sit abusiva introductio suffraganei provocandi ad alterationem Metropolitanum circa remissionem causarum, *tom.* 1. *consult.* 28. *à num.* 1.
An eo ipso, quòd Metropolitanus inhibeat, si procurator curiæ Episcopalis in criminalibus, & partes litigantes in civilibus prætendant inhibitionem gravaminosam, debeant initare pro revocatione coram Metropolitano, *tom.* 1. *consult.* 30. *à num.* 1.
An Metropolitanus in tota provincia punire possit omnia crimina notoria subditorum suffraganeorum, etiam extra visitationem, ac omni tempore, dummodo Episcopus non præverterit in puniendo, *tom.* 1. *consult.* 32. *à num.* 1.
An suffraganeus possit aliquid contra Metropolitanum, *tom.* 1. *consult.* 33. *à principio.*
Metropolitanus punire potest crimina notoria subditorum, præsertim officialium suffraganeorum, *tom.* 3. *consult.* 38. *num.* 1. *& seq.*
Quid in prima instantia, *ibid. num.* 3.

Ubi declaratio sacræ Congregationis.
Rectè admittit appellationem à sententia declaratoria excommunicationis ob prætensam Clerici percussionem, *ibid. num. 7.*
An à decreto Episcopi, quòd celebretur matrimonium, possit appellari ad metropolitanum, *tom. 3. consult. 56. per totam.*
Et quid si Episcopus procedat, etiam uti delegatus, *ibid.*
Quas causas cognoscere possit, *ibid. n. 4.*
Cau æ matrimoniales in gradu appellationis devolvuntur ad metropolitanum, *ibid.*
Exemplum metropolitani an obliget suffraganeos, *tom. 4. consult. 23. num. 7.*
Nequit cognoscere causas in prima instantia, *tom. 4. cons. 140. num. 2.*
Habet jurisdictionem limitatam, *ibid. n. 4.*
Non potest deputare officiales pro cognitione futurarum causarum in aliena diœcesi, *ibid.*
De Episcopo suffraganeo, qui in suum Metropolitanum sententiam excommunicationis protulit, *tom. 8. cons. 22. num. 1.*
Qui non paruit reiteratis mandatis ejusdem Metropolitani circa transportationem actorum, *ibid. n. 2.*
Qui edicta, sive cedulones ejusdem Metropolitani laceravit, & in illum sua edicta publicavit, *ibid. nu. 3.*
An in casu aliquo possit Episcopus suffraganeus jurisdictionem in Metropolitanum exercere, *ibid. n. 1.*
Debetur ei obedientia, *ibid.*
Solus Papa in Metropolitanos, & Patriarchas jurisdictionem habet, *ibid.*
Quando est in diœcesi suffraganei, dicitur esse intra terminos suæ jurisdictionis, *ibid.*
Quatenus possit subditos sui suffraganei ab Excommunicatione absolvere, *tom. 8. consult. 128. à n 1.*
An, & quatenus Metropolitanus possit absque licentia sui suffraganei executioni demandare citationes, inhibitiones, mandata cæteraque forenses scripturas contra tertios in diœcesi suffraganei ex causa appellationis, in Metropolitanam Curiam introductæ, *tom. 9. cons. 112. à n. 1.*
Jurisdictio Metropolitani per quod tantùm extenditur ad subditos suffraganeos, *ibid. num. 2.*
Quid de præsumptione, sive consuetudine in ejus favorem, *ibid. & num. 3.*
Et quomodo probetur, cum usum fuisse hac jurisdictione, *ibid. num. 4. & 5.*
Redarguuntur Metropolitani, qui non servata forma decreti Concilii Tridentini, suis suffraganeis inhibent, *tom. 9. cons. 67. num. 13.*
Possunt tamen appellationes admittere à sententiis suffraganeorum, servata forma Concilii, & à casibus ab eo permissis, *ibid.*
Metropolitanus, quando ad eum appellatur in causis concernentibus executionem decretorum Concilii Tridentini, à cognitione earum abstinere debet, *ibid. num. 14.*

METUS, Vid. *Ordo.*

Qui, & quatenus tollat voluntarium, *tom. 7. consult. 77. num. 1.*
Ejus prava suspicio quomodo excludatur, *tom. 5. cons. 9. num. 3. & seq.*
Metus non cadit sub sensu corporis, *tom. 6. cons. 26. n. 7.*
Neque dependet à judicio testium, *ibid.*
De metu cadente in constantem virum, vel mulierem quoad irritationem matrimonii, *tom. 7. cons. 7. n. 1.*
Quomodo purgetur, *ibid. & tom. 7. cons. 77. nu. 15. & tom. 8. cons. 63. nu. 18.*
Et quid de matrimonio contracto per procuratorem, *ibid.*
An, & quomodo declarandum irritum, *ibid.*
Metus quid sit, *tom. 7. consult. 77. num. 1.*
Quotuplex, *ibid.*
Aliud est fieri cum metu, aliud ex metu, *ibid.*
Excludit consensum, *ibid. nu. 2.*
Quid de metu reverentiali, *ibid.*
In matrimonio, *ibid.*
In professione regulari, *ibid.*
In susceptione Ordinum, *ibid. & n. seq. & à n. 16.*
Quæ justum metum incutiant, *ibid. n. 4.*
Metus amissionis omnium bonorum æquiparatur metui mortis, *ibidem.*
Probatur testibus, indiciis, conjecturis, *ibid. n. 5.*
Quatenus sufficiat ejus semiplena probatio, *ibid. nu. 6.*
Ejus causa quandiu durare præsumatur, *ibid. nu. 7.*
Quid de metu levi, *ibid. num. 9.*
Vota ex metu irrita, *ibid. num. 11.*
Quæ ex metu fiunt, de jure debent irrita declarari, *ibid. n. 12.*
Neminem ad castitatem Ecclesia compellit, ne Deus quidem, *ibid.*
Ejus protestatio, *ibid. & num. 13.*
Appellatio, *ibid. num. 14.*

METUS, Vid. *Ecclesia, Professio.*

Metus irritans renunciationem, *tom. 1. consult. 5. num. 5. & 6.*
Habet rationem involuntarii, *ibid. num. 6.*
Admittit partem ad causæ prosecutionem, *ibid. num. 7.*
Quid si à parte non sit illatus, *ibid. num. 8.*
Sufficit, quòd inferatur à Principe, & parti lucrum afferat, *ibid.*
Quandiù durare censeatur, *tom. 2. consult. 119. n. 3.*
Ut sit justus, quid requiratur, *ibid. num. 4.*
Ex absentia superioris an argui possit metus in contractibus, *tom. 1. cons. 135. num. 1.*
Est quid facti, ideoque probandus, *ibid.*
Excluditur ex præsentia Judicis, *ibid.*
Quando censeatur verisimilis, *ibid. num. 22.*
Metus illatus consanguinei Clerici, censetur illatus ipsi Clerico, *tom. 9. cons. 34 num. 11.*
Quæ fiunt ex metu sunt simpliciter voluntaria, *tom. 9. cons. 51. num. 6.*
Quid sit metus, *ibid. num. 7.*
Quotuplex, *ibid.*
Vir constans quoad metum quis, *ibid.*
Aliud est fieri cum metu, aliud fieri ex metu, *ibid. & cons. 182. num. 2.*
Qui metus justus dicatur, *ibid. num. 8.*
Egressus ab Ecclesia ob metum, & comprehensus, an Ecclesiæ restituendus. *ibid à num. 5.*
Quid de metu non cadente in constantem virum, *ibid. num. 8 & 9.*
Quæ fiunt ex metu habent admixtam aliquam rationem involuntarii, *ibid. num. 8.*
Remissio per inquisitum obtenta ab offenso, nulla est, si per metum fuerit extorta, *tom 9. cons. 153. n. 5.*
Quicumque actus gesti, durante metu, etiamsi viderentur spontanei, adhuc essent æstimandi meticulosi, donec durat causa metus, *tom. 9. cons. 73. num. 74.*
Metus est difficilis probationis, ideoque probatur per leviores probationes, ac per testes singulares, *ibid. num. 148.*
Probatur item ex indiciis, ac præsumptionibus, *ibid. num. 149.*
An, & quatenus metus reverentialis erga matrem, sororem, materteram, novercam, aviam, & alios quoscumque irritet professionem regularem, *tom. 9. consult. 180. à num. 1.*
Cuinam incumbat onus probandi, quod incutiens metum, sit solitus minas exequi, *ibid. num. 24. & seq.*
An solus metus reverentialis erga matrem sit sufficiens ad irritandam professionem, *ibid. num. 5. & seq.*
Quid cum minis, *ibid.*
Pro matrimonio carnali est sufficiens probatio minoris metus, *ibid. num. 5.*
Accedente præcipuè minori ætate metum patientis, *ibid num. 8.*
Ex quibus inducatur metus impeditivus libertatis, *ibidem num. 9.*
Quid si privati non poterat sua legitima, & vitæ periculum vitare poterat fugiendo in alias regiones. *ibid. nu. 10.*

Purga-

Purgatio metus ex quibus inducatur, & quatenus non admittatur, *ibid. n.* 13.
In hac re animorum simulationes, *ibid. n.* 14. & 15. Ubi exemplum illustre.
Quid si latis temporibus professio fuerit ratificata, *ibid. num.* 16. & *seq.*
Sola jussio quando inducat nullitatem professionis, *ibid. num.* 8.
Quando jussio fiat cum violentia morali, *ibid.*
Quod fit, enixè petente Principe, metu factum censetur, *ibid. nu.* 18.
Vultus atrox potentis est sufficiens ad incutiendum metum, *ibid.*
An metus reverentialis cadat in virum constantem, *ibid. num.* 19. & 20.
Ex qualitate personæ, pensanda est qualitas timoris, *ibid. num.* 20.
Quatenus pater armatus inducat metum rescissivum matrimonii, *ibid. n.* 21.
Et quatenus mater inermis, *ibid.*
Quid si metum, minas, alia deponant testes singulares, *ibid. n.* 22.
Solus metus reverentialis non sufficit ad irritandam professionem, nisi præcesserint minæ, vel verbera, aut pater, mater, frater major, &c. sint terribiles, *ibid. n.* 23. & *consult.* 181. *num.* 9. *ac num.* 33.
Quid sufficiat probare metum passo, *ibid. num.* 24.
Metus reverentialis, ac minæ in quem transferant onus probandi eum, cui debetur reverentia non solere minas executioni demanda e, *ibid. num.* 25.
Quidve si testes de hac re non fuerint examinati cum interrogatoriis partis adversæ, *ibid. num* 25.
Vel si fuerint exhibita, quando debebant examinari alii testes super metu ac minis *ibid num.* 26.
Præsumptio stat pro metus exclusione, *tom.* 9. *consult.* 181. *num.* 3.
Per quos testes probetur metus, *ibid. n.* 10. & *seq.*
Quid si pater dixerit, quod nihil filio, sive filiæ relinqueret è bonis suis, si professionem non emitteret, *ibidem num.* 12.
Quid de regulari, qui non poterat coram aliis conqueri, ac protestari, *ibid. num.* 13.
Cessante causa metus, cessat metus, *ibid. num.* 15.
Metus in genere probatus non sufficit ad nullitatem professionis, *ibid. num.* 16. & *num.* 20.
Requiruntur actus speciales metus, *ibid.*
Quid de testibus deponentibus de auditu, de fama incussi metus, *ibid.*
Ex quibus actibus diluatur prætensus metus, *ibid. num.* 16. *ac seq.*
Geminata Ordinarii exploratio in moniali omnem metum excludit, *ibid. num.* 17.
Ex quibus actibus metus eruatur, *ibid. num.* 20.
Metus quid sit, *ibid.* Et ex quibus innotescat, *ibid.* & *cons.* 182. *num.* 1.
Metus non probatur ex inverisimili, *ibid. num.* 21. & *seq. ac num.* 37.
Neque ex processu Judicis incompetentis, *ibidem numer.* 25.
Etiamsi esset legatus, posset que derogare indultis Regularium *ibid. num.* 26.
Quænam lis inter professum, & ejus cognatos sufficiat, *ibid. num.* 27.
Quid de reclamatione facta coram Notario, si ejus attestatio esset sine testibus *ibid. num.* 28.
Restitutio in integrum quatenus deneganda, *ibid. num.* 29.
Quando causa impedimenti reclamationis intra quinquennium non possit esse metus, *ibid. num.* 30.
Ex quibus elidantur prætextus de professione per metum emissa, *ibid. num.* 31. & *seq.*
De quo tempore testes deponere debent super metu, *ibid. nu* 34.
Particula decisionis rotalis de professione per vim, & metum, *ibid. num.* 42. & *seq.*
De metu generatim, *tom.* 9. *consult.* 182. *à num.* 1. & *seq.*
Quomodo gesta ex metu sint voluntaria, *ibid. num.* 3.
Quid de metu gravi *ibid. num.* 9.
